

# DE CIVILI

TATE MORVM PVERILIVM  
per DE. Erasmus Roterodamum

libellus, ab autore recognitus,  
& nouis Scholijs illustratus,  
per Gisbertum Longo-  
lium.

Vltra traiectinum.

LIPSIAE.

EXCVDEBAT NICOLAVS FABER.



to manuscript

940.22

G 342.8

E 65 de

## GISBERTVS LONGOLIVS

Iusto &amp; Christophoro fraterculis, s.



V M ego uobis morem gerens  
fratres suauissimi, & uestris  
præcibus (quæ plurimum sane  
apud me possunt) plus æquo in  
dulgens, χόλιοp qualecunq;  
in libellum de Ciuitate morū  
paro, uidetis quantum nominis  
mei periculum faciam, quámq; copiosam calumniandi  
plerisq; materiā obijcam. Quid enim dicturi sunt, ubi  
cognouerint intempestiuam meā audaciam, in arenam  
istam descendisse, quæ nisi à uersatisimis in omni auto  
rum genere magistris occupari soleat. Quam putatis  
naso suspendent, quum adolescentulum me nondum ui  
ginti annos natum in hoc scribendi genere stylum ex  
ercere ausum fuisse, qd' maturimæ etatis iudicijq; ui  
ris solū relinquitur, uiderint, Nō dubium quin mox ex  
omnib9 theatris, cōsentientibus manibus explodar. Stat  
tū hactenus firme apud me sententia, oīm amulorum  
συγίγματα in fracto animo ferre, modo aliquis ex  
hoc libello usus ad uos perueniat. Vos itaq; lubenti a  
nimo operam hanc breuibus his horis & uobis impen  
sam suscipite. Et omnibus in hoc libello præscriptis a  
nimum formantes, ciuilē cū cuiusuis ordinis hominibus  
conuersandi cōsuetudinem à teneris imbibite. Dispere  
am si quid unquam honestius, aut amabilius studueris  
tis. Valete Coloniæ ANNO. XXX.

D E S.

# DES. ERAS.

MVS ROTE RODAMVS GE-

nero so cum primis & optimæ spei puero

HENRICO à BVRGVNDIA

A DOLPHI Principis VE-

RIANI filio.

S. P. D.



I T E R M A X I M U M  
illum Paulum non piguit  
omnia fieri omnibus, quo  
prodeesse posset omnibus,  
quāto minus ego grauari  
debeo iuuandę iuentutis  
amore subinde repuerasce

re. Itaq; quemadmodū pridem A D M A X I-  
M I L I A N I à Burgundia fratrī tui primā a-  
dolescentiam memet accōmodauī, cū adoles-  
centulorū forno linguam, ita nūc H E N R I-  
C E suauissime me ad tuā attempero pueriti-  
am de puerorū moribus precepturus, non qd  
tu hisce p̄scriptis magnopere egeas, primū ab  
incunabulis inter aulicos educat⁹, mox nacl⁹  
Ioannem Crucium tam insignem formandę  
rudis etatis artificem, aut qd omnia quæ p̄r-  
scribemus ad te ptineat & ē principib⁹ & prin-  
cipiatuā

A 2.

## DE CIVILITATE

cipatui natū, sed vt libentius hēc ediscāt omnes pueri, qđ amplissimæ fortunæ, summeq; spei puero dicata sint. Nec em̄ mediocre calcar addet vniuersę pubi, si cōspexerint Hēroū liberos à primis statim annis dicari studijs, & in eodem cum ipsis stadio currere .

### S C H O L I A .

#### Civilitas morum.

**E**Thicus est totus libellus de puerorū ingenuorum moribus, uirtutis incunabula, atq; rudimen ta docens, tò πέπον quod ab honesto ( Cicerone teste ) nō separatur, in omnibus actionibus seruandum præcipit. Est autem uel prima uirtutis & honestatis pars, tenere præcepta de moribus. Porro cū ex rustici et infœliciter educati, suos habeat mores, ciuilis uitæ consuetudo hic discenda proponitur, morumq; ciuilitas uocari potest, quæ sic appellata ē, quia ciues, hoc est, qui ciuitates habitant, ad humanitatē plerūq; & communem uiuendi cum honestate rationē rusticis exercitatores sunt. Vnde tam apud Græcos quam Latinos ἀπὸ τῷ ἀ̄συ ηγή πολιτε, id ast, ab urbs & ciuitas, ἀ̄συνος ηγή πολίτης, hoc est urbanus & ciuilis dicta sunt. Extant pasim exempla apud autores, qui bus urbanorum ingenia nobis patefunt. Eupolis ui- rum polipum, hoc est, ad omnem uitæ rationem accōmodatum, πολίτηρ uocat.

**A**νής ωλίτης πολύπους ἐξ τὸν τρόπον  
**I**d est, uir ciuilis qui moribus est polypus. Et quia astu-  
tiores

## MORVM PVERILIVM.

tiores sunt propter uaria hominum, quibus cum con-  
uersantur ingenia, & negotiorum contagia, iactatur  
ille senarius apud Suidam.

Οὐδὲν φρονεῖ δίκαιον ἀσυκός οὐκέτι

Id est, Nil cogitat & qui urbanus vir Rursus q̄ in agris  
degunt ob ruditatem male audiunt, Vnde illud uulgare,  
nec multum à proverbio disfidēs, Οὐδὲν δέξασθαι  
γεις, id est, nihil ex agro loqueris, hoc est, sordidū aut  
uulgare. Ergo ciuitas morū à ciuib⁹ dicta est. Si ter **Ter maxima-**  
**maximū.**) Huius numeri adiectione, & Greci & Latini.

timi uehementer significationē dictionis augent, τρίς  
μέγις ω, Id est, ter maximus, uide Prover. Chiliad.

**Ter.** Omnia fieri omnibus Argumentum est à maiori.

Atq; hic locus omnibus indoctorum emulorum calum-  
nijs (de quibus paulo post plura dicemus) iter preclu- Repueras-  
dit. Subinde repuerascere.) Repuerascunt senes, quū scere.  
turpiter atq; indecore ad puerilia studia se deiciunt,  
atq; in his immodice occupantur, ueluti si philosophus  
disputet, cur A, Primum locum in ordine literarū ha-  
beat. Theologus ex numero Epistolarū diui Pauli mi-  
sterium aliquod uenetur, sicq; in alijs. Sed senes qui  
Βουλῇ ηγήσαντο τὸ γέρεας δέ γερόντοι, ut  
apud Homerum Nestor, iuuentuti consulere student,  
nobis repuerascere uidebuntur. Nullus opinor tā fri-  
gidi cerebri erit, nisi planè σκολοτες ω μονάχε-  
fit, qui id cōfiteri ausit. Fuere tamē quorū inceptam &  
loquacem temeritatē hic præterire nō possum, quibus

## DE CIVILITATE

incomparabilis hic puerorum thesaurus quū primum  
æditus esset, ansam calumniandi autorem dedit. Deum  
immortalem quo supercilio Erasmus Grammaticum  
(nam Erasmus Theologum dicere, apud eos, uere cun-  
dum est, & capitulari censura dignam) pro consuetu-  
dine sua damnarunt iam apud oēs, inquietunt, euulgat-  
um est, quod hactenus in homine latuit, ò intempesti-  
uam stultitiam, iam senex se ad pueros erudiendos demis-  
sit, nunc quasi Dionisius alter Corinthi omnibus illu-  
dendum se proposuit. Hæc atq; alia ὡμφακότροπα cre-  
pitabant ueteres isti. Liberet autem si liceret ē sophis  
bis querere, quodnam esset senum officium, potent, an  
potare in multam noctem, amicam emere, κυβενέρι  
πολὺ, an iuuentutem formare, amicos & Rempubli-  
cam cōsilio prudentiāq; iuuare? Crassi mediussidius iu-  
dices, ut ab omnibus bonis artibus, ita ab hūanitate et  
communi uita alienissimū, quos utimam senes repuera-  
scere, et pueros resenescere uiderem. Sed bonos istos  
patres scapharum suppicio ter dignos à te commen-  
demus, ne quispiam eos delirio detentos putet. Adole-  
scentulorum formo lingua.) Factum hoc in Dialogo  
longe eruditissimo, de recto Latini Græciq; sermonis  
pronunciatione. Est autem elegatis usus in hoc sensu  
formare, p̄ instituere, Græcaq; imitatio, Δίօρ ηατα  
**Formare.** Χηματισας πλὺ ταυδίωρ γλῶσσαρ τολλοῖς  
ηεγ ἀγαθοῖς πειθεύμασ ἔθαρε. Id est, Dion for-  
mans puerorū linguam multis & bonis artibus, obijt.  
Quintiliu-

## MORVM PVERILIVM.

Quintilianus, Ab illis quoq; iam formandam quam o-  
ptimis institutis mentem infantium iudicat. Virgilius  
quoq; de Bobus,

Tu quos ad studium, atq; usum formabis agrestem  
Iam uitulos hortare.

Primum inter aulicos educatus.) Duo præcipua que  
ad fœlicitatem eruditionis & probitatis momentū ma-  
ximum sunt enumerat, primum educationis curā, quæ  
in nobilibus et ditionibus diligētissima esse solet, deinde  
de doctum nancisci pædagogū. His enim duobus cōtem-  
ptis quis ignorat omnes artes superioribus seculis de-  
sciuisse à ueteri gloria, non inopia hominū, sed desidia  
iuuentutis & negligentia parentū, ad de his inscitiā præ-  
cipientiū & obliuionem moris antiqui. Quæ mala iam Veterum  
multos annos orbē nostrum occupauere, emendātur tñ circa edu-  
nūc paulatim, rediturāq; breui speramus maiorū curationem.  
educādos formādosq; liberos seueritatem atq; discipli cura-  
nam, Docte sane Plutar. qv̄ τεστι παιδῶν ἀγωγῆς  
bac de re differit, ut apud Tacitū Messala, cuius que-  
dam huc transcribere nō inutile lectoribus fore duxi,  
non quod hic omnia infarcire uelim, sed quod omnibus  
notissima, quæ de ueterum disciplina & educatiōe di-  
cuntur esse cupiā. Est autē locus ē dialogo de Orato-  
re. Iampridem suus cuiq; filius ex casta parente natus  
non in cella emptæ nutricis, sed gremio ac sinu matris  
educabatur, cuius præcipua laus erat tueri domum &  
inseruire liberis. Eligebatur aut aliquia maior natu pro

## DE CIVILITATE

pinqua, cuius probitatis spectatisq; moribus omnis cte  
iusdā familiæ soboles cōmutteretur, coram qua neq; di-  
cere fas erat quod turpe dictu, neq; facere quod inho-  
nestū factu uideretur. Ac nō studia moresq; sed remis-  
siones etiam, lususq; puerorum sanctitate quadam ac  
uerecundia temperabat. Sic Corneliam Grachorū, sic  
Aureliam Cæsarī, sic Actiam Augusti matrem preſu-  
iſſe educationibus, ac produxiſſe prīncipes liberos ac-  
cepimus. Quæ disciplina ac ſeueritas eo pertinebat, ut  
ſyncera ac integra & in nullis prauitatibus detorta  
uniuscuiusq; natura toto ſtatiſt pectore arriperet ar-  
tes honestas, & ſiue ad rem militare, ſiue ad iuris ſci-  
tiam, ſiue ad eloquentiæ ſtudiū inclinasset, id ſolū age-  
ret, id uniuersum hauriret. Et paulo post, Ergo apud  
maiores noſtros iuuenis ille, qui foro & eloquentiæ pa-  
rabatur, imbutus iam domeſtīca disciplina, refertus ho-  
nestis ſtudijs, deducebatur a patre, uel à propinquis ad  
eum Oratorē, qui prīncipem locū in ciuitate tenebat,  
hunc ſectari, hunc persequi, huius omnibus dictionibus  
interesse, utq; ſic dixerim pugnare in prælio diſceret,  
magnus ex hoc uſus, multum conſtantiae, plurimū iude-  
cij iuuenibus ſtatiſt contingebat, in media luce ſtuden-  
tibus, atq; inter ipsa diſcrimina, ubi nemo impune ſtu-  
te aliquid, aut contrarie dicit, quod & iudex reſpuat  
& aduersarius exprobret, ipſi deniq; aduocati aſpiren-  
tur. Hactenus Tacitus. Ab incunabulis. ) Adagium eſt  
explicatur in Chiliadibus. Calcar addet.) Translatio  
eſt ab

## MORVM PVERILIVM.

est ab Equo calcaribus instigato. Nec enim medioere.)  
Hoc est alterum illud contentionis genus quod tanto= pere commendatur ab Hesiodo uate.

Ἔις ἔτοφορον γῆς τίς πειδῶμεν ἔργοιο χατίωμ  
πλάσσοισιν οἵς αὐειδῆ μεν ἀρόματανοικής φυτεύειν  
Οἰκόμενον τε εὖθεδαι γηλοὶ δέπε γείτονα γείτωρ  
Ἔις ἄφενομ αὐειδῶντες γαθής ἀξεῖς οὐδεὶς βροτοῖσι.

Quae sic possunt ad uerbum reddi.

Si quis egens operis ditem sudore madentem  
Vicinum aspiciens, et arantem, aruūq; serentem  
Quiq; domum instauret, sequitur felicia facta  
Vicini uicinus, et hæc contentio frugi est.

Munus autem formandi pueritiam multis  
constat partibus, quarū sicuti prima, ita præcipua est ut tenellus animo imbibat pietatis  
seminaria, proxima ut liberales disciplinas &  
amet, & perdiscat. Tertia ē, ut ad vitę officia  
instruatur. Quarta est, ut à primis statim æui  
rudimentis ciuitati morū affuescat. Hāc po  
stremam nunc mihi proprie sumpsi. Nam de  
superioribus quū alij cōplures, tum nos quo  
q; permulta conscripsimus. Quāquam autem  
extremū illud corporis decorū ab animo bñ  
cōposito pficiscitur, tamē incuria præceptor̄  
nōnunquam fieri videm⁹, ut hāc interim gra  
tiā in pbis & eruditis hominib⁹ desidcrem⁹.  
Nec inficior hāc esse crassissimā Philosophiæ

A g partem,

## DE CIVILITATE.

partē, sed ea, vt sunt hodie mortaliū iudicia plurimū conductit & ad cociliandā benevolentiā & præclaras illas animi dotes oculis hominū cōmendandas. Decet autem vt homo totus sit cōpositus animo, corpore, gestibus ac vestitu, sed in primis pueros decet om̄is modestia, & in his p̄cipue nobiles. Pro nobilib⁹ autem habendi sunt oēs, qui studijs liberalibus excolunt animū. Pingat alij in clypeis suis Leones, Aquilas, Tauros, & Leopardos, plus habent verę nobilitatis, qui p̄ insignib⁹ suis tot possunt imagines depingere, quot perdidicērūt artes liberales.

### SCHOLIA.

Munus autem.) Hactenus proœnāum, nunc ipsam rem aggreditur. Imbibat pietatis seminaria.) Hic instituendi mos qui religionē spectat uetusissimus. Monuit hoc quisquis Autor est gnomici illius carminis, qd' Pythagoræ nomine circumfertur. Et Empedocles cū autoribus Physicen traderet, deorū religionem primum cōmendatum esse uoluit, autore Plutarcho, sic enim incipit Carmen, πρῶτη θάμαθλων. Quanquam autem externum.) Videas quosdam optimæ indolis & sic satis bonis artibus instructos adolescentes, quorū si mores & suauem illam cū hominibus conuersandi rationem examines, in medijs agris enutritos iurabis, uel qd' Preceptoribus hēc disciplina morum contemnatur, uel quia ipsi (quales non paucos nouimus) immodestis finit.

## MORVM PVERILIVM.

simi ex ἀγοραῖσι τοῖ sint. Notum est Leonidæ Alexандri Præceptoris ex Quintiliano uitium. Recte ergo Græci præceperunt in sententijs.

Γράμματα μαθῶν δέκα μαθόνταν χερεψεῖν Id est Oportet adfint literæ & prudentia.

Ως οὐδὲ μάθησις χερεψεῖν νοῦς πάσι.

Vt nil scientia est prudentia sine.

Exstat inter Epistolæ Budæi una, ad Draconē filium, qua docet, quām utilis sit morum literarū; cōiunctio. Pro nobilibus autē habendi.) Cæco uulgi iudicio omnis diues nobilis est, hacq; una ratione censemur nobilitas, si uideant Thrasonem, Chlamydem militarem, frequē. Que uera tem adulatorum & canum turbam, atq; id genus alia, nobilitas. quæ in Nigrino, generoso illi ex sacculo obijcit Lucia nus. Melius Homerus, qui in animo nobilitatē esse docuit. Nō. n. (ut Plutarchus ait) ea quæ ad corpus et fortunā referuntur, admodū magni studio digna aestimari iudicauit. Siquidem cum magnate mutno se salutates & appellantes introducit, nō diuites, non pulchros, nō splendide vestitos, non aurea torque spectabiles se compellare facit, sed hæc egregia appellatione utuntur. Διόγγνες λαζαρίδης πολυμηχαρδομοσεύ Id est,

Nate Iouis Laertiade multiscie Vlysses. Et,  
Εκπως ἡ πράμοιο δῆ μάτιν ἀτάλαντε

Heus Hector Priami, par consilium dare diuis. Optime sensit Menander, qui nobilitatem cum prudētia coniunctam fœlicissimam iudicauit, citatur eius senarius

## DE CIVILITATE

narius à Plutarcho de auditione Poetica.

Μακάριος ὅσιες οὐσίας καὶ νόης νόης εἶχε. Id est,

Fœlix abundans æris & prudentiae.

Cuperes itaq; omnes illos qui nobilitate et diuitiis (his  
namq; ut basi ntitur nobilitas) se ubiq; iactant, uirtutis  
autem osores maximi sunt, illud Callimachi continen-  
ter in memoria habere.

Οὐν ἀρετὴς ἄττας ὁλέος μῶσας τὸν δῆμον διεῖπεν hoc est  
Haud claros facient homines uirtutibus absq;  
Diuitiæ.

**nobilitum** **insignia.** Pingant alij in clypeis.) Vetus simū hoc nobilitatis  
indictum est, ut passim uidere licet apud Poetas, atq; à  
diis ipsis profectū, Pallas quo in bello formidabilior  
esset, Gorgonis serpentigerum caput pro scuto circū  
ferebat. Bachi galea boum cornibus insignita erat.  
Mars & Hercules leonis exuuias induebant, Iouem  
Cygni caput cū collo ornabat, quæ successoribus per  
manus tradita, nobilitatis, & quod ab Heroibus nati  
essent, specimen dabant.

Vt ergo bene cōpositus pueri animo vndiq;  
reluceat, relucet autē potissimū in vultu, sint  
oculi placidi, verecundi, cōpositi, non torui,  
qd' est truculentiq;, nō improbi quod est impu-  
detiq;, nō vagi ac volubiles, qd' est insaniq;, nō  
limi quod est suspiciosorum & insidias moliē-  
tiū, nec immodice diducti, quod est stolidorū  
nec subinde connivētibus genis ac palpebris  
quod

## MORVM PVERILIVM.

quod est inconstantiū, nec stupentes, quod est attonitorum, id quod est in Socrate notatū, nec nimium acres, quod est iracundię signū, non innuentes ac loquaces, quod est impudicitatę signum, sed animum sedatum ac reuerenter amicū præ se ferentes. Nec enim temere dicatum est à priscis sapiētibus, animi sedem esse in oculis. Picturę quidē veteres nobis loquuntur, olim singularis cuiusdam modestię fuisse, semicclusis oculis obtueri, quēadmodū apud Hispanos quosdā semipetos intueri blādum haberet videretur & amicū. Itidem ex picturis discimus olim cōtractis strictisq; labijs esse, probitatis fuisse argumētū. Sed quod suapte natura decorū est, apud oēs decorū habebitur. Quanquam in his quoq; decet interdum nos fieri polypos, & ad regionis morē nosmet attemperare. Iam sunt quidā oculorū habitus, quos alijs alios addit natura, qui nō cadūt sub nostras præceptiones, nisi quod incōpositi gestus nō raro viciant, non solum oculorū, verum etiam totius corporis habitū ac formā, Cōtra compositi, quod natura decorū est redundunt decentius, quod vitiosum ē, si nō tollūt, certe tegunt, minūtq;. Indecorum est clauso oculorum altero, quēquam obtueri. Quid em̄ hoc aliud est, quam seipsum eluscare? Eum gestum thynnis ac fabris relinquamus, SCHO-

DE CIVILITATE  
SCHOLIA.

Relucet autem potissimum.) Tametsi M. Tullius, uultum saepe fallere, & Satyrographus fronti non esse fidendum. Martialis quoque, Nolite fronti credere, quia eam nemo non fingere potest, scripserunt, optimu[m] tamen & uerisimilu[m] animi testem & indicium esse, Biatus index. tis hoc monere poterat, qui semper uultu[m] hominis inspiciendum praecepit. Nec aliunde etiam Pythagoras ingenium auditorum explorare consuevit, ut auctor est Gellius lib. I. capite 9. sic enim ait. Iam a principio adolescetes, qui sese ad discendum obtulerant εμφυσιο γνωμον. Id uerbū significat mores naturasq[ue] hominie coniectatio[n]e quadam, de oris uultusq[ue] ingenio, deq[ue] totius corporis filo, atq[ue] habitu sciscitari. Ipse etiam Cicero in oratione contra Pisonem. Oculi, inquit, super cilia, frons, uultus deniq[ue] totus, qui sermo quidam tacitus mentis est, hic in fraudem homines impulit. Et Fabius sic de uultu sentit. Dominatur autem maxime uultus, hoc pendent homines, hunc intuetur, hunc spectat etiam antequam dicamus. Hic est saepe pro omnibus uerbis. Adde quod Comicus uultum hominis fingere sciuni oculi lus dicit. Non limis.) Sic Chærea Terentianus uim uirgini inferens. Interea somnus uirginem opprimit, ego limis aspecto, Satime explorata sint, uideo fessu[m] pessulu[m] ostio obdo, & cetera. Quo loco Donatus docet, limis tueri esse dissimulantiū se uidere quod uidet. Et pastor apud Virgilium, dum insidias timet, transuersa tuctur

## MORVM PVERILIVM.

tetur birquis. Gestus is etiā amantium est apud Theo-  
critum, ὁμασὶ λοξὸν βλέποισα, de Meretricula.

Nec conniuentibus genis.) Aristoteles libro de anima Connien-  
tibus auter est, Homines qui conniuent properantius, tes.  
plerunq; incōstantiores esse, rursus qui rigidius, impu-  
dentiores. Nec stupentes) Græci cōniuere σκαρδά= Stupentes  
μυκτῆρ ετ σκαρδάλινηρ dicunt, ετ σκαρδά=  
μυκτους qui nihil conniuent ( Gellius incōniuentes  
translulit) sed quasi affixis in rem quā aspiciunt oculi  
lis stupidi persistunt. Id in Socrate notatū.) Autor est Socrates  
Gellius lib. 2. capite 1. Stare inquit, solitus Socrates stupidus  
dicitur pertinaci statu perdius atq; pernox, à summo  
lucis ortu ad solem alterum orientem incōniuens, im-  
mobilis ijsdem in uestigis, ετ ore atq; oculis eundem  
in locum directis cogitatibus, tanquam quodam se-  
cessu mentis facto à corpore.

Nec nimium acres.) Acres dici puto, quos in iratis Aeres oculi  
flagrantes ετ ardentes uocant, quales irati Agamem= li.  
nonis Iliad. a.

Μένε Θε δὲ μέγα φρένες ἀμφίμελουναι  
πίμπλαντ' οὐας δὲ οἱ πυρὶ λαμπετόντι εἴκπω,  
Irascentium siquidem flagrant ετ emicant oculi, mul- Iratorum  
tus ore toto rubor, ετ æstuans ab imis præcordijs san- oculi.  
guis. Quod Ouidius apertius significauit in Arte.

Ora tument ira, nigrescunt sanguine uenæ,

Lumina Gorgoneo ſeu ius angue micant.

Miror autem cur Horus Appollonius lib. 2. Hierogly-  
phicōn

## DE CIVILITATE

φίλων hominem acribus oculis impudentem uocet  
quē Aegypti per ranam significant, δυτὶς οὐκ in-  
quit, αἴμα οὐκ ἔχει εἰμήν ὅμονοις τοῖς ὄφθαλ-  
μοῖς τούς δὲ ἐκεῖ αἴμα ἔχοντας ἀναδέξει καλῶ-  
στηρ σιριόντες ποικίλης οινοβαρεῖς κιωός ὄμματά  
ἔχων κραδίλια δὲ ἐλάφουιο. Hæc enim sanguinem nō  
habet, præterquam in oculis solis, quibus uero sanguis  
illuc est, impudētes uocant, unde & Poeta. Ebrie, canis  
oculos habens, cor uero cerui. Nec innuentes ac loqua-  
Loquaces, ces.) Loquaces nisi falsus sum Gellius ludibundos uo-  
oculi.  
cat. Nam cum uocem eius infractam capillumq; arte  
compositum, et oculos ludibundos, atq; illecebres uolu-  
ptatis plenos uideret, & cætera, Nec enim temere di-  
ctū est.) Testis est Plinius lib. II. Capite 37. Oculos  
unicolores nulli, cū candore omnibus mediuscuso diffe-  
rentes. Neq; ulla ex parte maiora indicia animi cunctis  
animalibus, sed maxime homini, id est moderationis,  
clementiæ, misericordiæ, odij, amoris, tristitiae, letitiæ.  
Contuitu quoq; multiformes, truces, torui, flagrantes,  
animus in graues, transuersi, limi, summisi, blandi. Profecto in  
oculis animus inhabitat. Similiter Fabi⁹ lib. II. Cap. 3.  
Sed in ipso uultu plurimum ualeat oculi, per quos maxi-  
me animus emanat, etc. Quēadmodū apud Hispanos.)  
Gaudent Hispani multū paruis oculis, præcipue Lusi-  
tani, hinc quādo supercilia arctius & inæqualiter pre-  
munt petorū persimiles sunt, Dicuntur autem peti (ut  
inquit Auron) quorū oculi huc atq; illuc uelociter uer-  
tuntur.

## MORVM PVERILIVM.

tuntur. Porphyrius petos appellandos censet, qui oculis parum sunt declinati. Alij petorum oculos tremulos esse uolunt, Alij alterum altero minorem. Hinc se mupeti, qui cum quadam uenustate, oculos leniter declinando contorquent, uitium quidem sed non inamabile. Talibus nang; oculis Venerē & sculptam & pietā fuisse aiūt, unde etiā in priapeis peta appellatur, Fieri polypos) Vide Chiliades, polypi, & polypi mentem obtine. Iam sunt quidam oculorum habitus.) Alijs nang; grandiores, alijs paruos, alijs mediocres, alijs maximum prominentes, alijs conditos, modice sitos alijs natura adfixxit. Thynnis relinquamus.) Thynni pisces ue locisiniū nomen habent παρά τὸ θύειμ, quod est cum impetu ferri, de his Plinus lib. 9. Capite 15. Thynni dextra ripa intrant, excent leua. Id accidere existimat, quia dextro oculo plus cernunt, utroq; hebetē natura. Volaterranus ex Atheneo scribit Aeschylum & Aristotelem Thynno unum tantummodo oculum tribuer. Plura lege apud Erasmus in Adagio, Thynni mo re. Ac fabris.) Fabri, omnesq; alijs χειροτέχνου cum rei alicuius rectitudinem metiuntur, alterum oculum claudunt, ne uagantibus ambobus, rectitudo conturbetur. Huc respexit Persius Satyra prima.

Scit tendere uersum.

Non secus, ac si oculo rubricam dirigat uno.

Huc faciunt Proble. 2. et 3. sectio 31. apud Aristotelē ex uno oculo exquisitus cernatur.

B

Sint

## DE CIVILITATE.

Sint exorrecta supercilia, non adducta,  
quod est toruitatis, nō sublata in altum, quod  
est arrogantiæ, non in oculos depressa, quod  
est male cogitantium.

### SCHOLIA.

Sint exorrecta supercilia.) Non arbitror ab hoc  
alienam Aristotelis lib. 1. cap. 9. de animalibus, de  
supercilio sententiam. Supercilia rectius porrecta mol-  
liciem animi, secundum nares inflexa austoritatem non  
sine acerbitate, secundum uero tempora, dissimulato-  
rem animi & derisorem, & omnino de missa inuiden-  
tem significant. Non sublata.) Pli. lib. 2. cap. 36. in  
supercilijs fastus superbiæq; conceptaculū imesse testa-  
tur, plura in Chiliad. Attollere supercilium.

Frons item hilaris & explanata mentem si-  
bi bene conscientiam, & ingenium liberale prese-  
ferens, non in rugas contracta, quod est seniū,  
nō mobilis, quod erinaciorū, nō torua, quod  
est taurorum,

### S C H O L I A.

Frons item bilaris.) Nobilis est sententia veterum so-  
phorum, quam Maudarensis Philosophus refert, libe-  
rum scilicet hominem, et qui magnificus censiū cupit  
debere si queat in primori fronte animum gestare. Et  
explanata.) Hilaritatis signum est frons exorrecta,  
contracta ut tristitiae contracta. Iuuenal.

Scire uelim quare totiens mihi Neuole tristis  
Occuras fronte contracta.

Amphis

## MORVM PVERILIVM.

**Amphis quoq; Comicus apud Laertium.**

Ἔσε οὐδὲν οἰδα πλὴν σκυθρωπάζει μονομή  
ὅτι φονοχλίας σέμενθε ἐπηρώτας ὁφενθε  
Id est, Ut nihil aliud nosti, quam tristem esse solum, In  
star cochlear cogitabundus contracta fronte. Aristophanes in Lystrata. τοξοποιῆμ τὰς ὁφενθε dixit,  
Metaphora sumpta ab arcubus, quos cum intendimus  
incuruamus & quasi corrugamus, μὴ σκυθρώπαξ ὡς  
τέκνουρ οὐδὲ τρέπε σοι τοξοποιῆμ τὰς ὁφενθε.  
Ne sis tristis nate, Indecorum tibi est corrugare frontem. Quod est senij.) Hinc à Poetis senectus rugosa ap-  
pellatur. Non mobilis quod est.) **Erinacius** à Græcis **Erimacius**  
**Ερινάς** appellatur, hic inter oia animalia solus fron-  
tem mobilem habet vallatus undiq; spinosis aculeis est  
Plyni. huius animalis calliditatem in uenando cibo mi-  
rabilem prodit, etenim uolutatus supra poma iacen-  
tia spinis affixa, unum non amplius tenens portat in  
cavernas arborum. Idem testatur Epigramma illud in  
certi Autoris.

Κώμαλός τὸ μέχινον ίδιωμ ἀλλά νῶτε φέροντα  
πάγας ἀπέκτενεν τοῦ διαθελοπέδη

*Rusticus intuitus dorso uectare racemos*

*Mox prope torcular cedit Erinacium.*

**E**st et pisces marinus hoc nomine. Quod est **Taurum.**) Magni nominis Grammatici taurum a toruita-  
te frontis dictum uolunt, sed reclamat ταῦς **Græ-  
κας**, melius qui à taurō toruitatem & toruum de-

## DE CIVILITATE

clinant, sed hoc, οὐδὲν πρόσει δυνατόν.

A naribus absit mucoris purulētia quod est sordidorū. Id quoq; vitium Socrati Philoso-  
pho datū est probro. Pileo aut veste emungī rusticānum est, brachio cubitoue falsamētarī-  
orum, nec multo ciuius id manu fieri, si mox  
pituitā vesti illinas. Strophiolis excipere na-  
rium recrementa decorū, idque paulī et a-  
uerso corpore, si qui ad̄sint honoratores. Si  
quid in solum deiectum est emūcto duob; dī-  
gitis nase, mox pede proterendum est. Indeco-  
rum est subinde cū sonitu spirare naribus, bis-  
lis id indicium est. Turpius etiam ducere ron-  
chos, qd' est furiosorū si modo fiat viu. Nam  
spiritosis qui laborant Orthopnœa, danda est  
venia. Ridiculū naribus vocē emittere, nam  
id cornicinum est & Elephantorū. Crispate  
nasum, irrisorum est & fannionū. Si alijs præ-  
sentibus incidat sternutatio, ciuile est corpus  
auertere. Mox vbi se remiserit impetū, signare  
os crucis imagine, deinde sublato pileo resalu-  
tatis qui vel salutarū, vel salutare debuerāt,  
nam sternutatio quemadmodū oscitatio sen-  
sum aurū prorsus aufert, precari veniā aut  
agere gratias. Alterū in sternutamento salu-  
tare religiosum, & si plures ad̄sint natu maio-  
res qui salutant virum aut fœminā honorabī-  
lem

## M O R V M P V E R I L I V M .

Iem, pueri est aperire caput. Porro vocis tinni-  
tum studio intendere, aut data opera sternuta-  
mentum iterare, nimirum ad virium ostenta-  
tionem, nugonū est. Reprimere sonitum quem  
natura fert, ineptorū est, qui plus tribuunt ci-  
uitati quam saluti .

S C H O L I A .

Socrati datum est pro bro. ) Traymachus apud Pla Socrates  
tonem libro de republica primo , Socrati stuporem mucosus.  
obijcens, optat illi nutricē, que nares illius extreat  
δοτι σε ἐφη κορυλῶντα πδιορᾶ ιχλ οὐκ απομύται  
δέο μενορ αὐτῆς Quia te, inquit, muco oppletum  
non animaduertit, nec emungit cum tamen ea indige-  
as. Verum hoc uitij non à natura erat, sed maxima si-  
bi patientia conciliauerat, ut qui in acutissimo gelu ,  
ερ pruina glacieq; albicante, nudis pedibus, aperto ca-  
pite , ερ quotidiano uestitiū nihil accidente glaciem  
premeret. Quid illi ερ ab Aristophane obijcitur in  
nubibus. Κανκυπόδιτ Ο νακά πολλὰ νεχείd est,  
Et discalciatus mala multa tolerat. Salsametiorū . )

In Chiliadibus Erasmus prouerbium Cubito se emun- Salsamen-  
gere, à salsamentarijs ductum docet, quibus mos est na- tarij cubis  
rium mucum cubito abstergere, nimirum manibus mu- to se emun-  
ria, ερ salsugine oppletis. Pituitā uesti illinas. ) Inter gunt.  
mucum ερ pituitam parum differentia est, nisi quod  
mucum crassiores, pituitam fluidas magis sordes inter-  
pretantur. Catullus Poeta in Epigrammate ad Furi-  
am discernit ea, atq; inter præcipuas mundicias retu-  
lit, si absint sudor ερ salvia.

B 3

Mus

## DE CIVILITATE

Mucusq; et mala pituita nasi.

Græci modo μύζαρ, modo κόρυζαρ è frigore destillantem in naribus humorem appellant, & ἀκμυζορ ho-minem mundas narēs habentem, & πομύζιορ contra trophiū. sordidum. Strophiolis excipere.) Strophium & stro-phiolum, sudarium & sudariolum, linteum & linteolum confundunt pasim latini scriptores, pro eo quod Græcis dicitur καθιδρώτιορ, apud Hesychium κα-ψιδρόνιορ habetur non sine menda. Σφόφιορ autem ut indicant meliora Græcorum lexica, cinguli genus est. Cum sonitu spirare naribus.) Et in naribus iracundiæ indicia esse Persiano illo probari poterit. Ira ca-dat naso rugosaq; fanna. Animalia uehementer spiran-tia iram concepisse, quotidiano experimento discimus.

Et Poeta de Equo classicum audiente.

Stare loco nescit, macat auribus & tremuit artus

Collectumq; premens uoluit sub naribus ignem.

Vide plura in hanc sententiam apud Erasmus in Chi-liadibus. Fames & mora, bilem in nasum conciunt, si modo fiat usu.) Nam stertentibus condonanda uenia. Ronchus autem verbale est à ρέγχο, quod est inter dormiendum uocem emitto. Martialis libro tertio.

Nos accubamus, & silentium Ronchis

Præstare iussi nutibus propinamus.

spiritosi. Spiritosi sunt qui ob facultates naturales lesas, frequentes trahunt spiritus, uocantur & suspi-riosi, Græci ἀσθματικος appellant. Orthopnoeas  
*autem*

## MORVM PVERILIVM.

autem species est spiririj, quum nisi recta ceruice, ma Orthop-  
ximq; difficultate spiritus trahitur, ab ḥθοp qd' ere = nota.  
Etum significat, Οπνέαν spirare. Cornicinum est.)  
Siquidem qui cornu canunt, Buccis cornu occupatis,  
spiritum per nares ducere coguntur, Et Elephanto-  
rum.) Autore Plinio libro II. Cap. 50. Elephas circa  
nares ore ipso sternutamento similem elidit sonum,  
per nares autem tubarum rauitati. Alibi idem autor  
Elephantum proboscide spirare prodidit, quam ipse  
manum uocat, Mandunt ore, inquit, spirant & bibunt  
odoranturq; haud improprie appellata manu. Cri-  
spare nasum apud Apuleium est, Horatius corrugare  
nasum dixit, pro eo quod Græci μυκτησίει in eodē  
sensu dicunt. Persius hinc rugosam fannam finxit.

Quod autem naribus quempiam deridere possumus le-  
ge prouerbium. Naso suspendere. Sensum auriū pror-  
sus auffert.) In sternutatione cōmouentur & pertur-  
bantur organa aurium, sonitus quoq; maior est quam  
quicquam audiatur. In oscitatione maxillæ diductæ au-  
ditum comprehendunt, Lege Aristotelem problemate  
uigesimo nono. et 44. sectione II. Alterum in ster-  
nutamento.) Plinius lib. 8. Cap. 2, quo loco disquirit,  
num in medendo sit aliqua uis uerborum, inter alia e-  
tiam querit, cur sternutantes salutamus? Et mox adi-  
cit. Aliquis nomine quoq; consalutare religiosus  
uideri.

Malas tingat nativus & ingenuus pudor, nō

B 4 fucus

## DE CIVILITATE

fuctis aut ascititiis color. Quanquā is quoque pudor sic temperandus est, vt nec vertatur in improbitatē, nec adducat δυσωπίαρι aut stuporem, & quartū, vt habet proverbum insaniæ gradum. Quibusdam enim hic affectus tam impotēs insitus est, vt reddat deliranti si millimū. Temperatur hoc malum, si puer in ter maiores assuescat viuere, & comœdijs agēdis exerceatur. Inflare buccas fastus indicium est, easdem demittere, est animum despōden-  
tis, alterum est Thrasonis, alterum Iude pro-  
ditoris.

### SCHOLIA.

**Δυσωπία** Δυσωπία μιτη Plutarchus πρὶ Δυσωπίας describit, ὡς τὴν κατήφεαρ δριζονταί λύπια κατω βλέπειρ ποιοῦσαρ δύτω τὴν οὐχ αυτηλίαι με-  
χι τῷ μιδέρ δεντιβλέπειρ τοῖς δεομδίοις ὑπει  
κουσαρ μισωπίαρ δνόμασαρ, Id est, quemadmo-

**Malus pudiens** dum δυσωπίαρ, tristitia cum uultus demissione de-  
dor. Stupi finiunt ita uercundiam cum quispiam non audet in fa-  
la ueterem ciem illorum quos oportebat respicere δυσωπίαρ no-  
tia.

minarunt, uoce composita ex ὥπῃ aspectu, εὶ δύε particula, quæ difficultatem notat. Et quartum, ut ha-  
bet proverbum, insaniæ gradum.) Erasmus in Episto-  
la quadam, de dysopia ita scribit, quo loco obiter hu-  
ius proverbij meminit. Nulla uitia grauiorem afferūt  
perniciem, quam que uirtutis specie fucantur. Quorū  
de gene-

## MORVM PVERILIVM.

de genere est immodica uerecundia, quam Græci ue-  
cant δυσωπίαν. Atq; hoc noxiū gerū optimis  
quibusq; ac generosissimis ingenij potissimum inna-  
scitur, quod si ui tentes euellere, succedit aliud nocen-  
tius, si relinquas, multam malorum uim secū inuehit.  
Ceterum si cauta moderatione corrigas, optimus est  
innocentiae custos ac uirtutum omniū, uelut ornamen-  
tum. Et recte quidem Aristoteles negat pudorem esse  
uirtutem, sed in adolescentibus actionem probam, bo-  
næq; sp̄ei indolem arguentem. Ita comicus ille senex  
Erubuit, salua res est. Verum is si immodicus sit, celat  
uicia, ne possint sanari, quemadmodum scripsit Flac-  
eus. Incurata malus pudor ulcera celat. Et Plato cen-  
set hunc affectum largioribus initatiunculis excuti-  
endum. Obstupefacit ingenij uigorem, Vnde prisci pri-  
mum insanie gradum, quem gignere dicitur, strychnū  
drachmæ pondere potum, lusum pudoris uocauerunt:  
Nec rarum est cernere quosdam, huiusmodi pudore de-  
lirantes, ut mens abesse uideatur. Vide plura in Pro-  
verbio. Strychnum bibit. Inflare buccas fastus indiciū  
est.) uel Suida teste, Γνωτοὺς φυσῶντες ἐπὶ τῷ οὐ-  
λαζόνωρ οὐδὲ ὑπὸ πτικῶν, id est, Buccas inflantes, Inflare  
de arrogantibus, superbis et fastuosis dicitur.      Buccas.

Os nec prematur, quod est metuentis alte-  
rius halitū haurire, nec hiet quod ē morio-  
num, sed leuiter osculantibus se mutuo labris  
coniunctum sit. Minus etiam decorū est sub-

B    s                Inde

## D E C I V I L I T A T E

Inde porrectis labijs veluti poppysmū facere,  
quanquam id magnatibus adultis per mediā  
turbam incedentibus condonandum est, illos  
enīm decent omnia, nos puerū formamus.

### S C H O L I A.

Nec hiet, quod est morionum.) Græci omnes stu-  
~~lāmac~~ pidos & Moriones māmacuthos uocare solent à Mam-  
macutho quodam fatuitate sola nobilem, quem biante  
semper ore fuisse ex Aristophane cognoscimus, nam  
ille οντα μαμάκυθορ, id est, biantem mamacu-  
thū facit. Porrectis labris ueluti poppysmū facere  
~~omnū~~ Poppysmus & poppysmā, est propriæ sibilis ille oris  
& plausus manus concavæ, qua leniter sonando, e-  
quos indomitos mansuefacimus, ποππύζειν  
quod est tenuissimam edere uocem & cum stridore  
inflare labra. Est autem fictum à sono, sumiturq; quā-  
doq; pro leniter inflare tibias calamosq; ac instar pu-  
erorum arundine cantantiū sonare. Theocritus in ho-  
deporico.

τί δ' οὐχ ἔτι σώῳ κορυδῶμ;

Αγηστοι καλάμας αὐλοῦ ποππύστεμέχοντι,

Id est.

An non cum Corydone.

Compositis satis est tibijs stridere Menalcas?

Vide Politiani miscellanea capite tricesimo secūdoe

Si fors vrgeat oscitatio, nec datur aueris

aut  
ima  
aut  
stup  
neq  
tun  
ov  
neq  
rida  
oris  
dati  
citu  
vt  
dil  
rili  
res  
mo  
da  
flan  
Si  
tat  
pu  
fer  
bu  
ni  
Q

## M O R V M P V E R I L I V M .

aut cedere, strophicō volauē tegatur os , mox  
imagine crucis obsignetur. Omnibus dictis  
aut factis arridere stultorū est, nullis arridere  
stupidorū. Obscōene dictis aut factis arridere  
nequitia est. Cachinnus & immodicus ille to-  
tum corpus quatiens risus, quem ob id Græci  
*συγχέστοιη*, appellat, nulli decorus est ætati,  
nendum pueritię. Dedeceat autem quod quidā  
ridentes hinnitum edūt. Indecorus & ille, qui  
oris rictū late diducit corrugatis buccis, ac nu-  
datis dentibus, qui caninus est & Sardoniq dī-  
citur. Sic autem vultus hilaritatē exprimat ,  
vt nec oris habitum dehonestet, nec animum  
dissolutum arguat. Stultorum illæ voces sunt  
risu diffuso, risu dissilio, risu emorior, & si qua-  
res adeo ridicula inciderit, vt volētibus eius-  
modi risum exprimat, mappa manuue tegē-  
da facies, Solum aut nullam euidentē ob eau-  
ssam ridere, vel stultię tribuitur, vel insanię.  
Si quid tamen eiusmodi fuerit obortū, ciuili-  
tatis erit alijs aperire risus caussam , aut si nō  
putes proferendā, commentitium aliquid ad  
ferre, ne quis se derideri suspicet . Superiori-  
bus dentibus labrū inferius premere inurba-  
num est, hic enim est minantis gestus, quem  
admodum & inferioribus mordere superius.  
Quin & labororum oras lingua circumvoluta  
subinde

## DE CIVILITATE

subinde lambere ineptum. Porrectioribus esse labris & velut ad osculum cōpositis, olim apud Germanos fuisse blandum indicant illorum picturæ, portecta lingua deridere quemquam scurrile est. Aversus expūto, ne quem conspuas aspergasue. Si quid purulētius in terram reiectum erit, pede ut dixi, proteratur, ne cui nauseam moueat. Id si non licet, linteolo sputum excipito. Resorbere saliuam inurbatum est, quemadmodum & illud quod quosdam videmus nō ex necessitate, sed ex vsu ad tertium quodq; verbū expuere. Quidam indecorē subtusint identidem inter loquendū, idque non ex necessitate, sed ex vsu, ipsis gestus est mentientiū, & inter dicendum quid dicant comminiscētū. Alij minus etiam decorē ad tertium quodq; verbum eructant, quæ res si à teneris annis abierit in cōsuetudinem, hæret etiam in grandiorem ætatem. Idem sentiendum de screatu, quibus nominibus à seruo notatur Terentianus Clitipho. Si tussis vrgeat, caue ne cui in os tussias, & absit ineptia clarissimus tussiendi quam natura postulet. Vomiturus secede, nam vomere turpe est, sed ingluie vomitum accersisse deforme est.

## SCHOLIA.

Quæs

## MORVM PVERILIVM:

Quem ob id, Græci. Συγκρούσιον ) Συγκρούσιον Risus Syn-  
sonat, si quis uerbū uerbo reddere tentet concussorius crusius.  
πρὸ τὸ συγκρούματι. De hoc risu sic in collecta-  
neis Dydimi & Tarrhei. γέλω συγκρούσιον  
ἄτακτον ἀκοσμοῦ πρέσσορ τινες γελῶν-  
τες τὰς χεῖρας ἢ τὸν πόδας συγκρούσται, id est,  
Risus Syncrusius incompositus & indecorus, quod  
quidam inter ridendum manus aut pedes cocutiunt.  
Hunc risum, & quemuis inornatum. Catullus inept-  
tum uocat, in Epigrammate ad Egnatium.

Nam risu inquit inepto, res inceptor nulla est,  
Qui caninus est & Sardonus dicitur.) De hoc risu Risus Sar-  
multa & doctissima Erasmus in Chiliadibus. Ceterū donius.  
omnes quotquot hanc parœmiam exponunt, Sardonij  
etymon etiā ἀπὸ τοῦ σεσχέου τὸν ὄδοντας dedu-  
cunt, hoc est, biante & diducto ore dentes ostendere,  
quales illi, qui ficte, & non ex animo, sed προσπον-  
τῶν rident. Talis Eanicæ meretriculæ apud Teocri-  
tum, sic enim queritur pastor Idyllo nicesimo quartu-  
m καὶ τοσαρός καὶ σαλαρός μὲν γέλαξε,

Me simulare, Et fastu derisit.

A canibus ducta Metaphora, quibus hoc iræ indicium  
est, nudare scilicet dentes. Stultorum ille uoces sunt,  
risu diffuso.) Vide Adagiorum Chiliades. Emori risu.  
Mappa manuue tegenda facies) Solent qui uehemen-  
tius rident, quam compescere risum posint, Mappam  
in ore ponere. Horatius.

Varius

## DE CIVILITATE

Varius mappa compescere risum. Vix poterat.  
Solus aut nullam evidentem ob caussam.) Iuxta senar  
rium illum Greccanicum.

Γελῶ δέ μωρός καὶ μὴ γελοῖος ἐστί. Id est.  
Ridet stultus licet nil sit risu dignum, Aperire risus  
caussam.) Quemadmodum apud comicum Chremes  
Menedemo subiti sui cachinni, caussam interroganti  
aperuit.

Chre. Aha. ha, he, Men. quid risisti? Chre.

Serui uenere in mentem callidates Syri.

Labrum inferius.) Ineptum est quod Grāmatici qua  
dam docent Labrum esse superius, labium inferius, nā  
contrarium non uno loco apud Plinium reperias, hoc  
adiungere placuit, ut hic cesset σιάβολον. Et inferius  
mordere superius.) Vide proverbum mordere labrum  
Quin & labrorum oras.) Docet hoc turpe & inde  
corum esse. Quintilianus lib. II. Capite 3. Porrection  
ribus esse labris.) Nec hic gestus à Fabio probatur  
libro eodem. Labra, inquit, & porriguntur male &  
scinduntur, & astringuntur, & diducuntur, & den  
tes nudant.

Is gestus est mentientium.) Vnde illud Apuleij in  
Hippiam. Moram mendax expetit, tussit ergo Hip  
pias.

Et inter dicendum quid dicant comminiscientium.)  
Perplexitatis signum tussis est, probat hoc parœnia  
quædam recentior, sed quam uetus simis non inique  
compa-

## MORVM PVERILIVM.

comparaueris, citatur in Didymi et Tharræi collectâ  
neis nec explicatur, Αποσία τάλπου βῆξ, id est, Hæ Hæsitanâ  
sitâta cantoris tussis. Quo significatur gestus is, qui cantoris  
frequens admodum inter cantores, nec eos bene exer-  
tus. citatos esse solet, cum exhibatum animū simulatione  
tussis reconcinnant. Notatur Terentianus Clitiphō.)  
est in Heautontimorumenō, ubi Syrus seruulus Cliti-  
phonem monet, ne uitijis & malis gestibus quibus asue-  
uit patre præsente, amorem suum in Bachidem pate-  
faciat, uerba Syri sunt.

Sed heus tu uidesis, ne quid imprudens ruas,  
Patrem nouisti ad has res quam sit perspicax,  
Ego autem te noui quam esse soleas impotens.  
Inuersa uerba, euersas cervices tuas.  
Gemitus, screatus, uassis, risus, abstine.

Dentium mundicies curanda est, verū eos  
puluisculo candidare puellarū est. Sale aut a-  
lumine defricare, gingiuę perniciosum. Idem  
lotio facere Iberorum est. Si quid inhæsit dena-  
tibus, non cultello, non vnguis, canum fe-  
liumue more, non mantili eximendum est, sed  
vel lentisci cuspidē vel penna, vel ossiculis ē  
gallorum aut gallinatum tibijs detractis. Os  
mane pura aqua proluere, & vrbanū est & sa-  
lubre, subinde id facere ineptum. De lingua  
yſu suo dicemus loco.

## SCHOLIA.

Verba

## DE CIVILITATE

Verum eos puluisculo candidare.) Qualem scim  
licet miserat Calphurniano Apuleius, carmen quia le-  
pidum est ad scribendum duxi ex *Apologia magiae*.

Calphurniane salue properis uersibus

Misi ut petisti mundicias dentium.

Nitelas oris ex Arabicis frugibus,

Tenuem, candicum, nobilem puluisculum

Complanatorem tumidulæ gingiuulæ,

Conuerritorem pridianæ reliquæ,

Ne qua uisatur tetralabes sordium,

Restrictis forte si labellis riseris.

Dentifri= Sunt autem multa puluisculorū genera ad hunc usum  
ia uaria. reperta, quale est quod è cornu cerui exusto fit, apud  
Dioscoridem. Et puluis pumicis apud Plinium, & alia  
multa. Sale aut alumine fricare gingiuæ perniciosum.)  
Sanis quidem gingiuis id admodum perniciosum est,  
sed affectis, medicaminis uice erit sal et alumen. Lege  
caput septuagesimū & septuagesimum septimum li-  
bri quinti apud Dioscoridem, & Plinium libri trigesi-  
mi primi capi. 9. Idem lotio facere Iberorum est.)  
Testatur hoc Strabo Geographiæ suæ Lib. tertio, ubi  
de Iberis scribit, sed quid nocebit ipsa Autoris uerba  
subscribere Η μὴν πρωκτανίτις ἡ πρόσθεος Θ  
& μοισῆς θιά τὰ φυχή δὲ ἀλλα τὸ πλέον, σὰ τὰ  
δηιγματικά τῶν ἀνθρώπων οὐδὲ τὸ μὴ πρόσθεος θιά  
γωγῶν ἀλλὰ μᾶλλον πρόσθανάγκην οὐδὲ δομικῶν  
Θειώδην μετὰ ἔθους φαύλου γῆρας μάτις οἰεται  
πρός

## MORVM PVERILIVM.

πρός Διαπογλὺν γῆν, τὸν δὲ οὐρανούμενον εὖ δεξα  
μέναις παλαιούμενων καὶ τὸν δύναται συκχο-  
μένους τοῦ αὐτοὺς καὶ τὰς γωνίας αὐτῶν, κα-  
θάπτη τὸν καντάρθοντα φασί. Καὶ τὸν δύναται  
αὐτοῖς. Hoc est, Quae uero ad Oceanum uergit, &  
Borealis pars est, propter frigora rebus indiget. Re-  
liqua autem adhuc amplius, propter hominum incu-  
riam & negligentiam, & quod nullam institutionem  
amplexantes, ferimis affectionibus, pessimisq; moribus  
uitam ducunt. Nisi quispiam eos rectum uitæ institu-  
tum sequi putauerit, qui lauachra ex lotio in cloacis  
aliquamdiu retento sibi faciant. Quiq; sibi pps suisq;  
uxoribus dentes ita candidant, quemadmodū & Can-  
tabros confinesq; illis gentes factitare fama est. Et  
Apuleius libro 1. apologiæ magiæ idem testatur. Nisi  
forte, inquit, in eo reprehendēdus sum, quod Calphur  
niano puluisculum ex Arabicis frugibus miserim, quē  
multo æquius erat spurcissimo ritu Hiberorum, ut ait  
Catullus, sua sibi urina dentem, atq; ruffam pumicare  
gingiuam. Carmen scriptum est in Egnatium, quod ob  
elegantiam & Epigrammatis leporem totum adscri-  
bendum duxi.

Egnatius, quod candidos habet dentes,  
Renidet usquequaq;, seu ad rei uentum est  
Subsellium, cum Orator excitat fletum,  
Renidet ille, seu pī ad rogum filij  
Lugetur orba, cura flet unicum mater.

C

Renidet

## DE CIVILITATE

Renidet ille quicquid est, ubi cunq; est,  
Quod cunq; agit, renidet, hunc habet morbum  
Neq; elegantem, ut arbitror, neq; urbanum.  
Quare monendus es mihi bone Egnati,  
Tu prater omneis une de capillatis  
Cuniculosæ Celtiberiæ fili  
Egnati, opaca quem bonum facit barba,  
Et dens Hibera desfricatus urina,  
Si urbanus esses, aut Sabinus, aut Tyburs,  
Aut parcus Vmber, aut obesus Hetruscus.  
Aut Lanuinus acer atq; dentatus.  
Aut Transpadanus, ut meos quoq; attingam  
Aut quilibet qui pariter lauit dentes  
Tamen renidere usq; quaq; te nolle,  
Nam risu incepto res inceptor nulla est,  
Nunc Celiüberus Celtiberia in terra,  
Quod quisq; minxit, hoc solet sibi mane  
Dentem atq; russam desfricare gingiuam.  
Ut quo iste uester expolitior dens est,  
Hoc te amplius bibisse prædicet lotij.

Lentisci cuspede.) E lentisco frutice dentiscalpium  
entiscus. siebat, fricandis & terendis dentibus & a cibo purgan-  
dis aptum. Dioscorides lib. primo capite septuagesi-  
mo septimo sic habet. Τὰ δὲ ξυλάξια χλώρα ἀνπὶ<sup>τὸν</sup> καλαμίδων πρατρισόμενα τοῖς ὁδοῦσι σμήχει  
τούτους. Id est, Virides uero ligni particulae, pro arū  
dimaceis cuspidibus, fricatione purgant dentes. Sole-  
bant

## MORVM PVERILIVM.

bant autem lentisco candidare dentes, unde eos quibus  
plus satis comendi corporis studium erat, Xivofwā-  
yēs. Id est Lentisciuros, uocabant, et prouerbium  
Lentiscum mandere, in eisdem, vide Chilades. Vel  
penna. Cum decesset ueteribus ē lentisco dentifrici-  
um, rubentibus pennis sordes exterebant. Martialis  
libro Epigrammatum tertio.

Stat exoletus suggestiq; rustanti  
Pennas rubentes, cuspidesq; lentisci.

Et in Apophoretis.

Lentiscum melius, sed si tibi frondea cuspis  
Defuerit, dentes penna leuare potes.

Rusticanum est impexo esse capite, adhuc  
mundicies, non nitor puellaris. Absint sordes  
lendum & vermiculorum. Subinde scabere ca-  
put apud alios, parū decet, quemadmodum  
vnguis reliquum fricare corpus sordidum  
est, presertim si fiat viu, non necessitate. Co-  
ma nec frontem tegat, nec humeris inuolitet.  
Subinde concusso capite discutere capillitiū  
lasciuientium est equorum. Cæsariem à frōte  
in verticem lēua retorquere, parum elegans  
est, manu discriminare modestius. Inflectere  
ceruicem & adducere scapulas pigritiā argu-  
it, resupinare corpus fastus indiciū est, molli-  
ter erectū decet. Ceruix nec in lēuum, nec in  
dextrū vergat, hypocriticum enim, nisi col-

C 2 loquū

## DE CIVILITATE

Iloquium aut aliud simile postulet. Humeros oportet aequo libramine temperare, non in morem attennarum alterum attollere, alterū deprimere. Nam huiusmodi gestus in pueris neglecti, vertuntur in naturā, & corporis habitū præter naturam deformant. Itaq; qui præ desidia colegerunt consuetudinem infleſſandi corpus, sibi gibbū conciliant, quem natura nō dederat, & qui deflexum in latus caput habere consueuerūt, in eum habitum indurescunt, ut adulti frustra mutare nitantur. Siquidē tenera corpuscula plantulis similia sunt, quæ in quamcūq; speciem furca funiculoue deflexeris, ita crescunt & indurescunt. Vtrūq; brachiū in tergum detorquere, simul & pigritiæ specimē habet, & furis, neque multo decētius est altera manu in ilia iniecta astare sedere, quod tamen quibusdam elegans ac militare videtur. At non statim honestū est quod stultis placuit, sed quod naturæ & rationi cosentaneum est. Reliqua dicentur quum ad colloquium & conuiuium ventum erit.

### S C H O L I A.

Non nitor puellaris.) Nec tales adolescentes uas Sulmonensis ferre uult.

Sint procul a nobis iuuenes ut fœmina compti.

Fine

## MORVM PVERILIVM.

Fine coli modico forma uirilis amat.

Non necessitate.) Necessitas est cum scabie morboe aliquo locus affectus fricatur. Vbi enim dolemus, ibi ferre & manum habere solemus. Resupinare corpus fastus indicium.) Resupinare corpus est excurva= Resupina= re thoracem ex ut uulgo dicere solemus, pretendere re. pectus. Solent apud Veteres, qui deos precarentur, Adorantib[us] hoc pacto se resupinare, erecti stantes in summis dig= gestus. turum pedibus. Martialis libro duodecimo.

Multis dum precibus Iouem salutat,

Stans summos resupinus usq[ue] in ungueis

Aethon in capitolio pepedit

Ceruix nec in laeuum nec in dextrum uergat. ) Hoc est, quod dixit Fabius. Ceruicem erectam esse oportet, non rigidam, aut supinam, &c. Hypocriticum enim.) Breuiatur nanq[ue] sic ceruix, & gestam quenam humilem, atq[ue] seruilem, & quasi fraudulentum facit, cum se in habitum adulationis, admirationis & meus fingunt. Hypocriticum autem omne uocamus quod simulato animo fingitur. Humeros oportet & quo libramine.) Et hoc cum Quintilianus praecepto conuexit, qui humororum allevationem, atq[ue] contractionem ut indecentem uituperat. In morem antennarum.)

Attenna lignum est transuersum è malo nauis depensis, cui alligatur uelum quam Græci ηεγαιοπ uocat id cornutum sonat, quod instar cornuum utrinq[ue] extensum sit. Appollonius γνως σωγοp appellat, quod crucis simili-

Antenna.

## DE CIVILITATE

cis similitudinem omnimode referat. Itaq; qui p̄ae de-  
ſidia.) Medici gibbum hunc ἡθικόν, id est consuetu-  
dinem uocant, quod non ē natura ſit, ſed peruersa &  
longa conſuetudine concilietur. Si quidem tenera cor-  
ueri plan pūscula.) Non diſſimilis eſt ab hoc ſimi-  
lis ſimi- ὁμοίωσις: ιερὴ καθέπῳ τὸν χάρακας οἱ γεωργοὶ<sup>1</sup>  
τοῖς φυτοῖς πρατιθέσιν οὐτὸι νόμιμοι τῶν  
διδαſκάλων ἐμμελές τὰς ὑποθήκας ιερὴ προσέ-  
verοις πρεπίγνυθσιν τοῖς νέοις ίνα ὅρθα τούτων  
βλαſάνοι τὰ ἥδη. Hoc eſt, ut agriculte uallos fur-  
casq; apponunt plantulis, ut in reſtituſionem excreſcat  
ſic qui iuuit, addit monita & preceptiones pueris  
ut recte creſcant eorum mores. Et furis.) Eures nanq;  
apud noſtrates manibus retro in tergum colligatis ig-  
nominiōſe ſic ad ſupplicium educuntur.

Membra quibus natura pudorem addidit  
retegere citra necessitatē procul abeſſe debet  
ab indole liberali. Quin vbi neceſſitas huic co-  
git, tamē id quoq; decente verecundia facie-  
dū eſt, etiam ſi nemo teſtis adſit. Nunquam  
enim nō adſunt Angeli, quibus in pueris gra-  
tissimus eſt pudicitiae comes custosq; pudor.  
Quorum autē conſpectum oculis iubducere  
pudicū eſt, ea multo minus oportet alieno pre-  
bere contactui. Lotium remorari valetudini  
pernicioſum, ſecreto reddere verecundum.  
Sunt qui p̄cipiant ut puer cōpreſſis natib⁹  
ventris

## MORVM PVERILIVM.

ventris flatum retineat. Atqui ciuile non est, dum vrbanus videri studes, morbum accersere. Si licet secedere, solus id faciat. Sin minus, iuxta vetustissimum prouerbium. Tussi crepitū dissimulet. Alioqui cur non eadem opera precipiunt ne aluum deſciant, quū remorari flatum periculosius sit quam aluum stringere. Ductis genibus ſedere, aut diuaticatis tibis dſtortisue ſtare, Thraſonū eſt. Sedenti coeant genua, ſtant pedes, aut certe modice diduca tur. Quidam hoc geſtu ſedent ut alterā tibiam altero genu ſuſpendant, nonnulli ſtant de eufatim cōpositis tibis, quorum alterum eſt anxiorum, alterū ineptorum. Dextro pede in læuum femur inieicto ſedere, priſcorum reſ gum moſ eſt, ſed improbatuſ. Apud Italos quidam honoris gratia pedem alerum altero premūt, vniq; propemodū iuſſunt tibiæ ci coniarū ritu, quod an pueros deceat nescio. Itidem in flectendis genibus aliud apud alios decet dedecetq; Quidā vtrunc; pariter infleſtūt, idq; rursus alij recto corpore, alij nōnihil incuruato. Sūt qui hoc ceu muliebre rati, ſimi liter erecto corpore, primū dextrū incuruant genu, mox ſinistrum quod apud Britannos in adolescentibus laudi datur. Galli modulato corporis circuactu dextrum duntaxat infleſtūt

C 4

dunt

## DE CIVILITATE

ctunt. In his in quibus varietas nihil habet cū honesto pugnans, liberum erit vel vernaculis vti moribus, vel alienis obsequundare, quando sunt quos magis capiūt peregria Incessus nec fractus sit, nec præceps, quorum alter<sup>z</sup> est mollium, alterū furiosorum, nec vacillās, qd<sup>r</sup> à Fabio improbat. Nā inceptam in incessu subclaudicationē Suiceris militibus relinqua mus, & ijs qui magnū ornamentum ducunt, in pileo gestare plumas. Tāet si vidimus Episcopos hoc gestu sibi placere. Sedentē pedibus ludere stultorū est, quemadmodū & manib[us] gesticulari, parū integræ mentis indicium est.

## SCHOLIA.

Membra quibus natura.) Cicero Officiorum libro primo, ubi decorū à uerecundia tractat, sic de ue  
Verecundia recundia inter alia sanctissime differit. Quæ autem partes corporis, ad naturæ necessitatē datæ, aspectū essent deformem habituare, atq; turpem formam, eas contexit atq; abdidit. Hanc naturæ tam diligentem fabricam imitata est hominū uerecundia. Quæ enim natura occultauit, eadem omnes, qui sana mente sunt, remouent ab oculis, ipsiq; necessitatē dant operam, ut quām occultissime pareat. Hactenus Cicero. Quin ubi necessitas hic cogit.) Nil aliud Hesiodus, uersibus suis de lotio reddendo significasse uidetur, quam uerecundia

# MORVM PVERILIVM.

cundi am liberali pueru quam maxime seruandam esse  
extant lib. secundo ἐργωμ.

ΜΗΤ̄ ΕΝ οδῷ μήτ̄ ἐκ τὸς οδὸς προεάσθιν οὐράνιος  
μῆδ̄ ἀπογυμνωθείς. Hoc est,

Inq; uis extraq; uias caue feceris unquam

Progredivs lotium, uestis quoq; mēbra reuelat.  
Lotium remorari. ) Nam sic calculum gigni perhibent  
medicorum filij. Morbum accersere. ) Audi Coi sensis  
de crepitu sententi. irum libro προγνώσεωμ secundo.

Si flatus siue crepitu sonituq; excernitur optimus. Me Crepitus  
liu tamen est, ut erumpat cum sonitu, quam si condaretur.  
tur retineaturq;. Atqui adeo utile hic fuerit deuorare  
pudorem, ut corpus redimas, ut consilio omnium medi  
corum sic nates comprimas, quemadmodum apud E=  
pigrammatarium Aethon, qui quamuis in sacro sibi  
cauerit crepando, tamen compressis natibus Iouem sa  
lutat. Parasitica & illorum qui ad supercilium stant,  
uox est, Didici comprimere nates. Tusi crepitum  
disimulare. ) Tusi se simulant, qui pudoris gratia  
nolunt crepitum audiri. Lege Chiliades, Tusi pro  
crepitu. Qum remorari flatum perniciosius sit. ) Ex  
tant Nicarchi uersus Epigrammatum libro secundo  
τις πόροι, quibus pestiferam retenti crepitus uina  
describit, sed quia omnium manibus teruntur no duxi Diuaricas  
adscribendos. Diuaricatis tibis. ) Diuaricatas tibias te tibiae  
habent, ut ex Nonio scire datur, qui uitio naturæ ita  
sunt pedibus discretis, ut eos in diuersum habeant sepa

C 8

ratos,

## DE CIVILITATE

ratos. Ammianus, arcus extensos brachijs diuariatis uocat. Fabius uaricare in hoc sensu utitur. Varicare supra modum in stadio deforme est, & accidente motu prope obscenum. Thrasonum est.) Militarem hunc gestum fortassis & Persius notauit, cum centuriones uaricosos uocat, non quod uarices habuerint, sed quia hoc gestu tanquam uaricibus affecti sibi placuerint. Quidam hoc gestu sedent.) Quos sic notat Quintilianus. Male etiam in sinistrum pedem insistentium, dexter aut attolitur, aut summis digitis suspeditur. Dextro pede in laeuū femur.) Hunc gestum in Concilijs Ducum potest atque, a maioribus damnatum, quod crederetur omnem actum impedire, Plinius scribit libro 28. capite sexto. Galli modulato corporis.) Hanc consuetudinem a maioribus tanquam per manus traditam Galli etiam nunc seruant, sed olim in alium usum, nimirum deorum adorationis, ut in Plinio legimus. Incessus nec fractus sit nec praeceps) Cicero Officiorum lib. 1. Cauendum autem est, ne aut tarditatibus utamur in ingressu mollioribus, ut pomparum ferculis similes esse videamur, aut in festinationibus suscipiamus nimias celeritates. Que cum fiunt, anhelitus mouentur, uultus mutantur, ora torquentur, ex quibus magna significatio fit, non adesse constantiam. Nec uacillans quod a Fabio.) Libro II. Cap. 3. Est & illa indecora in dextrum ac lauum latus uacillatio alterius pedibus insistentium.

In pilo

## MORVM PVERILIVM.

In Pileo gestare plumas.) Autor est Verrro, insig-  
nitos milites, in pileo pennas gestare solitos fuisse. Et  
apud Lucianum mercirix quedam milites descripta-  
ra, cristas quatiens & pugnas narrantes illos voca-  
uit. Sedentem pedibus ludere.) His notis sapiens Rex  
in parabolis dementem & insanum depinxit. Oculis  
inquit, annuit, signa dat pedibus, manibus gesticula-  
tur, peruerso corde mala machinatur.

## D E C V L T V .

In summa dictum est de corpore, nunc de  
cultu paucis, eo qd̄ vestis quodammodo cor-  
poris corpus est, & ex hac quoq̄ licet habitū  
animi coniūcere. Quanquā hic certus prēcri-  
bi modus nō potest, eo quod nō omnium par-  
est vel fortuna, vel dignitas, nec apud omnes  
nationes eadem decora sunt aut indecora, po-  
stremo nec omnibus seculis eadē placent dis-  
plicentue. Vnde quēadmodū in alijs multis,  
ita hic quoq̄ nonnihil tribuendū est, iuxta  
Proverbiū, νόμῳ μὴ χώρῃ, atque etiam κοι-  
σῃ, cui seruire iubent sapientes. Est autem in  
hisce varietatib⁹, qd̄ per se sit honestum aut  
secus, velut illa quę nullum habent usum, cui  
paratur vestis. Prolixas trahere caudas in fœ-  
minis ridetur, in viris improbatur, an Cardi-  
nales & Episcopos deceat, alijs æstimandū re-  
linquo. **Multitia** nunquā non probro data  
sunt,

## DE CIVILITATE

sunt, tum viris tum foeminiis, quandoquidem  
hic & alter vestis usus, ut ea tegat quem impudiciis  
ostenduntur oculis hominum. Olim habebatur  
parum virile discinctus esse nunc idem ne-  
mini vitio vertitur, quod indusis, subuculis, &  
caligis repertis tegantur pudenda etiam si dif-  
fluat tunica. Alioqui vestis breuior, quam ut in  
clinatis tegat partes, quibus debetur honos, nus-  
quam non in honesta est. Dissecare vestem a-  
mentium est, picturatis, ac versicoloribus uti,  
morpionum est ac simiarum. Ergo pro modo  
facultatus ac dignitatis, propter regione & mo-  
re adsit cultui mundities, nec sordibus notabi-  
lis, nec luxum aut lasciuiam, aut fastum praes-  
ferens. Neglectior cultus decet adolescentes,  
sed citra immunditiā. Indecore quidam inte-  
rularum ac tunicarum oras aspergine lotum pin-  
gunt, aut sinu brachialis indecoro tectorio  
incrstant, non gypso, sed nariu & oris putu-  
ta. Sunt quibus vestis in alterum latus defluit,  
aliis in tergum ad ienes visus, nec desunt quibus  
hoc videatur elegans. Ut totum corporis habi-  
tum mundum & compositum esse decet, ita de-  
cet illum corpori cogruere. Si quid elegantio-  
ris cultus dedere parates, ne te ipsum reflexis  
oculis contemplare, nec gaudio gestias, aliisq[ue]  
ostentes, nam alterum simiarum, alterum pa-  
uonum

## M O R V M P V E R I L I V M .

uonum, mirentur alij tu te bene cultū esse nē  
scias. Quo maior est fortuna, hoc ē amabilior  
modestia. Tenuioribus in conditionis solatiū  
concedendum est, ut moderate sibi placeant.  
At diues ostentans splendorem amictus, alijs  
suam exprobrat miseriam, sibiq; conflat in-  
uidiam.

### S C H O L I A .

Quod uestis quodammodo.) Lege Prouerbium in  
Chiliadibus. Vestis uirum facit. Habitum animi coni-  
cere.) Facit huc Accij illud apud Nonū, Discincta ue-  
stis discinctus animus, ne nega. Νόμῳ ιχθύων atq;  
etiam κολεψ) Id est, Legi & Regioni, & Tempori Seruire Re  
Consule Chiliades. Lex & Regio. Et, Nosce tempus gioni &  
Citatur à Pindari interpræte ex Antiphone senarius Tempori.  
quidam, quem etiam inter Græcorū sententias offendit.

Νόμις ἐπεδου τοίσιν ἐγχώροις καλόρ  
Id est, Leges suis regionibus proprias sequi pulchrum  
Socrates ut autor est Laertius, tempori interdum ser-  
uiens, uenustiori habitu amiciebatur, ut in Platonis syn-  
posio ad Agathonem profectus, multum alioquin cir-  
ca uestes negligens. Prolixas trahere caudas.) Mollis-  
tiam arguit huiusmodi uestis, unde mulieribus, utpote  
mollibus frequentius apud autores adscribitur quam  
uiris. Siquidem frequens est apud Homerum Epithe-  
thon ἔλκεχιτῶνες. Atq; etiam cum uiros ut imbellies  
& solutes, ἔλκεσιτωλους uocat, ut Iliad χ. ubi  
commune est & uiris & fæminis.

## DE CIVILITATE

Ἄιδεομαι ἔως νοὺς ἐνιαδας εἰλεστητάς.

Vereor Troianos & Troianas uestes trahentes.

Multitia.

Quid dicam quod huiusmodi uestibus utentes ἄρωστοι  
Id est, discinctos Grammatici appellant. Multitia  
nunquam non probro.) Non constat inter Grammati-  
cos de Multitia. Hic tunicas ē molli lana confectas, ab  
eo quod mulcentur, hoc est, eliciantur dici uult. Illi  
magis placet à mollicie deducere. Alius à mulcendo ap-  
pellatas censet quod suauitate sua demulcent, & ue-  
stes ē serico textas interpretatur. Sunt etiam quibus  
hæc bombicem coam significare videantur, de qua Pli.  
lib. II. Cap. 22. Hoc certum est mollissimas fuisse ue-  
stes, molibus quoq; gratissimas. Non enim Iuuenalis  
Satyra secunda tam acriter carpsisset, nisi uiris inde-  
cora iudicasser.

Discincti  
rake audie-  
ant.

Sed quid non facient alij cum tu multitia sumas  
Cretice? Et mox. Quæro an deceant multitia ē  
Alter uestis usus.) Alter ut nos à tempestatibus, frigo-  
re & cœli iniuria defendat. Olim habebatur parum  
uirile) Male passim apud omnes Autores ἄρωσοι,  
Hoc est, discincti audiunt, nunc enim mollis & soluti  
hominis indicium est, ut cum signum à discincto pete-  
retur, hoc est, molli Mœcenate, qui absente Cæsare  
eius munere fungebatur. Et Seneca in Epistola 115.  
testatur hunc solutis tunicis semper in urbē incessisse.  
Nunc desidiosi & ignavi, hinc illuc apud Persium.

Non pudet ad morem discincti uiuere Nace.

Atq;

## M ORVM PVERILIVM.<sup>1</sup>

Atq; adeo ignominiosum erat apud Veteres discinctū esse, ut duces delinquentes quandoq; milites hac ignominia afficerint. Quemadmodum D. Augustus, qui pro delictis milites discinctos ante prætorium per totum diem stare iubebat. Hæc Lucullus in fugitiuos quosdam Milites animaduertit, ut Autor est Plutar- chus in uita illius.

ΑΤΙΛΙΑΡ ΤΙΝΑ ΤΟΙΣ ΦΕΥΓΑΣΙ ΝΕΟΜΙΣ ΜΕΛΙΑ ΠΡΟστέ  
Βαλε πελεύσας γν̄ χιτῶσιν ἀζώσις ὡρίξει σύνδεσμον  
θεκα τωσθήμα ταφρόν ἐφεστάτωμ ιψη θεωμένωμ  
τὸν ἀλλωρ στατιοτῶρ. Hoc est, Ignominia quadā  
quā excoxit auerat fugitiuos affecit, cogens eos in tu-  
nicis discinctis uallum duodecim pedum fodere, inspi-  
cientibus & astantibus alijs cōmilitonibus. Adde quod  
Romani iuctos & quos captiuos ducebant, discinctos  
sub iugum transire cogebant. Id memini me legere  
apud Festum Pompeium in dictione iugum. Alioqui  
uestis breuior.) Horatius in uestibus quoq; mediocri-  
tatem laudat. Non enim placet Malthinus tunicis  
demissis, neq; iterum is qui inguen ad obsoenum sub-  
ductus erat. Ciceroni etiā mediocritas hæc optima est.  
Alterum Simiarum est.) Mirum est quam hoc animal  
gaudeat ad humanum exornari morem. Alterum est  
Pauonum.) Plinius lib. 10. Capite 20. In his Pauo ~~Pauo~~ lau-  
num genus, cum forma tum intellectu eius & gloria, datus.  
Gemmantes laudatus expandit colores aduerso maxi-  
me sole, quia sic fulgentius radiant. Simil umbræ quoq;  
dam

## DE CIVILITATE

dam repercuttus ceteris, qui in opaco clarius micant,  
conchata querit cauda, omnesq; in acerum contra-  
hit pennarum, quo spectari gaudet oculos. Et Ouid.

Laudatas ostendit avis Iunonia pennas.

Sibi costat inuidiam.) Ostentabat et suos evantheos ac  
preciosas uestes apud Athenienses diues ille Luciani-  
cus in Nigrino, sed audi quibus scommatibus exceptus  
a ciuib; est, καὶ οἱ οἰκιζοῦσιν τάχα μητρός διπλαυτοῦ, et cetera, Id  
est, iam Ver est et unde nobis Pauo hic? Et fortasse  
matris suae uestis est.

## DE MORIBVS.

### IN TEMPLO.

Quoties fores tēpli præteris, nudato capi-  
te ac modice flexis genib; ad sacra verso vul-  
tu, Christum diuofiq; salutato, Idē & aliās fa-  
ciendū, siue in vrbe, siue in agris, quoties oc-  
currit imago Crucis. Per eđem sacrā ne tran-  
stieris, nisi simili religione saltem breui præcati  
uncula Christū appelles, idq; reecto capite,  
& vtroq; genu flexo. Cum sacra peraguntur  
totum corporis habitū, ad religionem decet  
componere. Cogita illic præsentem Christum  
cum innumeris angelorū millibus. Et si quis  
regem hominem alloquuturus circumstante  
procerū corona, nec caput aperiat, nec genu  
flectat, nō iam pro rustico, sed pro insano ha-  
beretur

## M O R V M P V E R I L I V M :

beretur ab omnibus, quale est illic opertū habere caput, erecta genua, vbi adest Rex ille regū immortalis & immortalitatē largitor, vbi venerabundi circumstant ætherei spiritus . Nec refert , si eos nō videas, vident illi te, nec minus certum est illos adesse, quam si videres eos oculis corporeis. Certius enim cernunt oculi fidei, quā oculi carnis . Indecentius etiam est quod quidam in templis obambulant, & Peripateticos agunt Atqui deambulationibus porticus & fora conueniunt, non templa, quæ sacrī conciōibus, mysterijs, ac deprecatiōni dieata sunt. Ad concionantem spectet oculi, huc attentē sint aures, huc inhiet animus omni cū reuerentia, quasi non hominem audias, sed Deum per os hominis tibi loquentē! Quū recitatur Euangeliū assurge, & si potes ausculta religiose. Quū in Symbolo canitur, & homo factus est, in genua procūbe, vel hoc pacto te submittēs in illius honore, qui semet pro tua salute, quū esset supra omnes cœlos , demisit in terras, quū esset Deus, dignatus est homo fieri, vt te faceret Deū. Dum peraguntur mysteria, toto corpore ad religionē composto ad altare veria sit facies, ad Christū a nimus. Altero genu terrā contingere, erecto altero cui keuus innitatur cubitus, gest⁹ est im

D piorum

## DE CIVILITATE

piorum militū, qui Domīno IESV illudentes dicebāt. Aue Rex Iudeorum. Tu demitte vtrūq; reliquo etiam corpore nō nihil inflexo ad venerationē. Reliquo tempore aut legatur aliquid ē libello, siue precularum, siue doctrinę salutaris, aut mēs cœleste quippiā meditetur. Eo tempore nugas obgannire ad aurem vicini, eorum est, qui non credunt illic ad esse CHRISTVM, huc illuc circumferre vagos oculos, amentium est. Existima te frustra templum adisse, nisi inde melior discesseris, puriorq;. S C H O L I A.

*Quoties fores templi. ) Tanta ueteribus sacrarum ueneratio erat, ut Apuleius, homo à nostra religione multum alienus, Aemilianum quendam rideat, quod fauna deorum dearumq; prætergrediens, nunquam à ciuibus suis uisus esset deos salutare, sed nephas habuerit orandi gratia manum labris admouere. Peripateticos agunt.) περιπατητικοὶ (ut Hammonius Aristoteles categoriarū interpres scribit) διὸ τοιαυτὸς ὀντίαρ σύντοξ ἐλέγοντο πλάτων γαρ γυμνασίας ἐνεκεν πριπατῶν ἐποίετο τὰς πρός τοὺς ἐταιρους σκουφίας ὅμηροις οὐδεὶς διαδεξάμενος οὐχέ τιλλει φρυγείας κατοι τῷ συμβεβηκότῳ ἐπωνυμίᾳ. Hoc est, Peripatetici hanc ob causam ita dicebantur. Plato exercitationis causa obambulans sic ad discipulos herba faciebat, cui succedens Aristoteles ex ipsa re*

## MORVM PVERILIVM.

ipsa re, aut quia successor erat cognomen hoc obtinuit. Est itaque agere Peripateticum huc illucque deambulare. Gestus est impiorum militum.) Extat apud Mathematicum cap. uigesimo septimo.

### D E C O N V I V I I S .

In conuiuio adsit hilaritas, absit petulatia, non nisi lotus accumbe, sed ante prelectis vngibus ne quid in his hereat sordium dicarisque ευπονηθυλος, ac prius clam redditio lotio, aut si res ita postulet, exonerata etiam alio, & si forte strictius cinctum esse cogingat, aliquantulum relaxare vincula consultum est, quod in accubitu parum decore fiat. Abstergens manus simul abhinc quicquid animo acre est. Nam in conuiuio nec tristem esse decet, nec contristare quenquam. Iussus consecrate mensam, vultum ac manus ad religionem compunito, spectas aut conuiuij primarii, aut si fors adeat, imaginem CHristi, ad nomine I E S V matrisque virginis, utruncque flectens genu. Hoc muneris si cui alteri delegatum fuerit, pari religione tum auscultato, tum respondeto. Sedis honorem alteri libenter cede, & ad honoratio rem locum inuitatus, comiter excusa, si tam id crebro serioque iubeat aliquis autoritate predictus, verecunde obtempera, ne videare pro ciuili praefactus. Accumbens utramque manu

D 2 super

## DE CIVILITATE

super mensam habe, non coniunctum, nec in quadra. Quidam enim indecorum vel una, vel ambas habent in gremio. Cubito vel utroq; vel altero inniti mensa, senio morboe laspis cōdonatur, idem in delicatis quibusdam aulicis qui se decere putant quicquid agut, dissimulandum est, non imitandum. Interea caudendum, ne proxime accumbenti cubito, neu ex aduerso accumbenti pedibus sis molestus. In sella vacillare & nūc huic nunc alteri natū vīcissim insidere, speciem habet subinde vētris flatū emittentis, aut emittere conantis. Corpus igitur equo libramine sit erectum. Mantile si datur aut humero sinistro, aut brachio laevo imponito. Cū honoratioribus accubitus, capite pexo, pileum relinquo, nisi vel religionis mos diuersum suadeat, vel alicuius auctoritas prēcipiat, cui nō parere sit indecorū. Apud quasdā nationes mos est, vt pueri stantes ad maiorū mensam capiant cibum extremo loco, rerecto capite. Ibi ne puer accedat nisi iussus, nec h̄ercat vīque ad cōuiuij finē, sed sumpto quod satis ē, sublata quadra sua flexo poplite salutet cōuiuas, prēcipue qui inter cōuiuas est ceterū honoratior. A dextrā sit poculum & cultellus escarius rite purgatus, ad laeuanam panis. Panē yna vola pressum, summis digitis

MORVM PVERILIVM.

digitis refringere, quorundam aulicorum delicias esse sinito, tu cultello seca decenter, nō vndiq̄ reuelens crustum, aut utrinq̄ refecas, delicatorum hoc est. Panem veteres in omnibus conuiuis ceu rem sacrā religiose tractabant, vnde nūc quoq̄ mos relictus est, eū forte delapsum in humum exosculari Cōuiuum statim à poculis auspicari potorum est, qui bī bunt non quod sitiat, sed quod soleant. Nec ea res solum moribus est inhonesta, verum etiam officit corporz valetudini. Nec statim post sumptā ex iure offam, bibendum, multo minus post lactis esum. Puero səpius quam bis, aut ad summum ter in cōuiuio bibere, nec de corum est nec salubre. Semel bibat aliquādiu pastus de secūdo missu, pr̄sertim sicco, deinde sub cōuiuī finem, idq̄ modice sorbendo, non ingurgitando, nec equorum sonitu. Tum vinum, tum cereuisia, nihilo minus quam vi- num inebriās, vt puerorum valetudinem lēdit, ita mores dedecorat. Aqua feruidē cōue nit etati, aut si id nō patitur. siue regionis qualitas, siue alia quæpiam causa, tenui cereuisia vtitor, aut vīno nec ardentī, & aqua diluto. Alioqui mero gaudentes hēc sequuntur præmia, dentes rubiginosi, genē defluentes, oculi lusciosi, mētis stupor, breuiter ienium ante se-

D 3 nectam

## DE CIVILITATE

nectam. Antequam bibas præmâde cibum,  
nec labra admoueas poculo, nisi prius mātili  
aut linteolo abstensa, præsertim si quis suū po-  
culum tibi porrigit, aut vbi de cōmuni bibi-  
tur poculo. Inter bibendū intortis oculis ali-  
os intueri illiberale est, quemadmodū & ci-  
coniarū exemplo ceruicem in tergum refle-  
ctere, ne quid hēreat in imo cyatho parū est  
liberale. Salutantē poculo resalutet comiter,  
& admotis labris cyatho, paululum libans bi-  
bere se simulet, hoc ciuili nugoni fatis erit.  
Qui si rusticius vrgeat, pollicetur se tum re-  
sponsurum, quium adoleuerit.

## S C H O L I A .

Non nisi lotus accumbe.) Antiquitus enim ut au-  
tor est Plutarchus in Symposiaco, inter res sacras ha-  
bebatur mensa, & non tumultuanter, sed religione  
quadam, ad coniuicium accedebant lotis manibus, non  
aliter, quā ad sacram epulum. Dicarisq; πυτοκόνδυλον  
αρά.) Erasmus in Chiliad. πυτοκόνδυλον à Græcis  
noscari docet, hominem sordidū & impendio parcum,  
ēstata dictione à πύτωσ, quid sordes eis significat,  
quæ in summis unguibus digitorum colliguntur, &  
κόνδυλος articulum digitorum. Quasi ob avariti-  
am ne tantillum sumptus faciat, ut tonsori det nummu-  
lum, qui repurget unguis. Talis Plautinus Euclio, sed  
hic tanzen totondit, nisi quod præsegnina collegit &  
abstulit

## MORVM PVERILIVM.

abstulit. Aliquantulum relaxare vincula.) Stobaeus ex Platone apud Iberos hoc non licuisse scribit. Vbi & mulieres & pueri zone mensuram habebant, quā si eorum uenter capere nequibat, magno uitio & probro dabatur. Idem apud Gallos solitum fieri Strabo docet libro quarto. Interea cauendum ne proximo.) Notat hoc nomine coniuiam quendam Martia. lib. 3.

Iacet occupato galbanatus in iecto.

Cubitisq; trudit hinc & inde conuiuas.

Panem ueteres. ) Hinc frequens hos Epithethon ιρός ἄγτοι, id est, sacer panis apud poetas. In humum exosculari. ) Fortassis & hoc a ueteribus originem habet, qui illa, quæ a mensa in terram caderent, diis inferis sacra putabant. Conuiuium statim a poculis.) Plinius lib. uigesimotertio capite primo. Vinum ieiunos bibere nouitio inuento inutilessimum est ; Et lib. decimoquarto capite uigesimosecundo. Idem hoc notat alibi. Vino deberi scribit, quod ante cibum homines & quod soli animalium non sittentes bibimus : Tum uinum tum cereuisia.) Plato hanc ob caussam libro de Republica secundo omnem uini usum pueris interdixit. Aqua feruidæ conuenit etati.) Vtpote potus saluberrimus & optimus, testis Plinius lib. decimoquarto capite uigesimosecundo. Alioqui mero gaudentes.) Vide Plinium libro eodem. Antequam bibas.) Ne dicaris cum Glauco Plutarchi ἄγτοπητείη  
Id est, panem bibere.

D 4

Quidam

## DE CIVILITATE

Quidam vbi vix bene considerint, mox manus in epulas coniiciunt Id luporum est, aut eorum qui de chytropode carnes nondum immolatas deuorat, iuxta prouerbium Primus cibum appositum ne attingito, non tam ob id quod arguit audiū, sed quod interdū cū periculo coniunctū est, dum qui fertidū inexploratū recipit in os, aut expuere cogitur, aut si deglutiat adutere gulā, uterque ridiculus æque ac miser. Aliquantisper morandum, ut puer assuescat affectui temperare. Quo consilio Socrates ne senex quidem vñquā de primo craterē bibere sustinuit. Si cum maiorib⁹ accumbit puer, postremus, nec id nisi inuitat⁹ manū admotacat patinę. Digitos in iussuēta immergere agrestiū est, sed cultello fuscinaue tollat quod vult, nec id ex toto eligat disco, quod solēt liguritores, sed quod forte ante ipsum iacet, sumat, qđ vel ex Homero disscere licet, apud quē crcher est hic versiculus.

Οἰδὲ πὸν ὀνείασθε τοῖμα προκέιμενα χειραςίαλλοι.

Id quoqđ si fuerit insigniter elegās, alteri cedat, & quod proximum est accipiat. Ut igitur intemperantis est in omnes patinę plagas manū immittere, ita parū decorum patinam inuertere, quo veniāt ad te lautiōra. Si quis alio cibum porrexerit elegantiorē, prefatus excusatiuncula

## M O R V M P V E R I L I V M.

satiunculā recipiat, sed resecta sibi portiuncula reliquū offerat ei qui porrexerat, aut proxime assidenti cōmunicet. Quod digitis excipi non potest, quadra excipiendum est. Si quis ē placenta vel artocrea porrexerit aliqd, cocleari, aut q̄dra excipe, aut cocleari porrectū accipe, & inuerso in quadrā cibo, coeleare reddito. Si liquidius est quod datur gustādum sumito, & coeleare reddito, sed ad mantile extersum. Dígitos vñctos vel ore prēlingere, vel ad tunicā extergere pariter inciuile ē, id mappa potius aut mantili faciendū. Integros bolos subito deglutire ciconiarum est, ac balatronum. Si quid ab alio fuerit resectū, inciuile est manum quadramue porrígere, priusquam ille strūctor offerat, ne videare prēripere, qđ alteri paratū erat. Quod porrigitur, aut trib⁹ digitis, aut porrecta quadra excipiendum. Si quod offertur nō congruit tuo stomacho, caue ne dixeris illud Comici Clitiphonis, Non possum pater, sed blande agito gratias. Est enim hoc vrbanissimum recusandi genus. Si perstat inuitator, verecunde dicio aut non cōuenire tibi, aut te nihil amplius requirere.

### S C H O L I A.

*Id Luporum est.) Hoc est uoracius, sic enim παρομιζκῶς gulosos appellamus. Qui de Chytropode.)*

D 5

Hoc

## DE CIVILITATE

Hoc proverbiū solet dici in homines intempestiuæ gulæ. Lege plura in Chiliadibus. Quo consilio Socrates ne senex quidem.) Proditum est Socratem nunquā de primo craterē bibere solitum, sed secundo seruare statim. Vide Proverbiū Ayaθod' αὐτούσια. Οὐδὲ πέπονται ἄλλοι. ) Id est. Hi quidem in cibos coctos & appositos manus mittebant, ἀλλῶς.

Appositaſq; eitis escas manibus rapiebant.  
Multis in locis carmen hoc apud Homertum extat,  
Ac Balatronum.) Ganeones iſ, οἱ τραγοῦδες,  
Horatiano carmine nobiles sunt. Caeue ne dixeris illud  
Comici.) Est in Heautontimorumenō.

Discenda est à primis statim annis secādī ratio, non superstitione, quod quidam faciūt, sed ciuilis & commoda. Aliter enim inciditur armus, aliter coxa, aliter ceruix, aliter crat̄, aliter cap̄, aliter phasian⁹, aliter pdix, aliter anas, de qua re sigillatim prēcipere, vt prolixum sit, ita nec operēpreciū. Illud in vniuersum tradi potest Apitiorum esse, omni ex parte quicquid palato blanditur abradere. Abs te semetā alteri porrigere, parum honesti moris est. Panem prērosūm iterum in ius immergere rusticānum est. Sicut & cibum mansum faucibus eximere, & in quadrā reponere, in-elegans. Nam si quid forte sumptum est quod deglutiri

## M O R V M P V E R I L I V M.

deglutiri nō expedit, clam auersus aliquo p= iūciat. Cibum ambesum aut ossa semel in qua= dram seposita repetere, vitio datur . Ossa aut si quid simile reliquiū est, ne sub mensam ab= ieceris paumentum conspurcās, nec in men= se stragulam proīce, nec in patinam repone , sed in quadra angulum sepone, aut in discum qui apud nōnullos reliquijs excipiendis appo= nitur. Canibus alienis de mensa porrigere ci= bum, ineptiē tribuitur, ineptius est illos in cō= uiuio contrectare. Qui putamē digitorum yn= guibus aut pollice repurgare , ridiculum est, idem inserta lingua facere magis etiā ridicu= lum, cultello id fit decentius. Ossa dentibus arrodere caninum est, cultello purgare ciuale. Tres dīgitī salino impressi, vulgari ioco dicū= tur agrestium insignia . Cultello sumendum est salis quantum satis est. Si longius abest salinum, porrecta quadra petendum est. Qua= dram aut patinam cui faccarum aut aliud suave quiddam adhēsit, lingua lambere felic= um est, non hominum . Carnem prius minu= tim in q̄dra dissecet, mox addito pane simul aliquādiū mandat priusquam traiūciat in sto= machum. Id non solum ad bonos mores , ve= rumetiam ad bonam valetudinem pertinet, Quidam deuorant verius quā edunt, non a= liter,

## DE CIVILITATE

liter, quā mox (vt aiunt) abducendi in carcerem, Latronū est ea tuburcinatio. Quidam tantū simul in os īgerunt, vt vtrinq; ceu folles tumeant buccę, alijs mādendo diductu labiorum sonitum edunt, porcorum ī modū. Nonnulli vorandi studio, spirant etiam naribus quasi p̄focandi. Ore pleno vel bibere, vel loqui, nec honestū est, nec tutum. Vīcīsitudo fabularū interuallis dirimat perpetuum esum. Quidā citra ītermissionem edunt bibuntue, nō quod esuriant fitiantue, sed qđ alioqui gestus moderari non possunt, nisi aut scabāt caput, aut scalpant dentes, aut gesticulentur manibus, aut ludant cultello, aut tussiant, aut screent, aut expuāt. Ea res à rustico pudore profecta, nonnullam infanīæ speciem habet. Auscultandis aliorum sermonibus fallendum est hoc tēdij, si nō datur oportunitas loquēdi. Inciuile est, cogitabundum ī mensa accumbere. Quosdam autem videoas adeo stupētes, vt nec audiant quid alijs dicatur, nec se comedere sentiāt, & si nominatim appelles, velut ē somno excitari videātur. Adeo totus animus est in patinis. Inurbanum est oculis circuactis obseruare quid quisq; comedat, nec decet in quenquā conuiuarum diutius intentos habere oculos. Inurbanus etiam trāsuerſim

## M O R V M P V E R I L I V M .

versim hirquis intueri, qui in eodē accūbunt latere: inurbanisimū, retorto in tergum capite cōtemplari, quid rerum geratur in altera mensa. Effutire si quid liberius inter pocula dictū factumue sit nulli decorum est, nedum puer. Puer cum natu maioribus accumbēs nunquam loquatur, nisi aut cogat necesitas, aut abs quopiam iuuitetur. Lepide dictis modice arrideat, obscene dictis ne quando arrideat, sed nec frontē contrahat, si prēcellit dignitate qui dixit, sed ita vultus habitū tēperet, ut aut nō audisse, aut certe nō intellexisse videatur. Mulieres ornat silentiū sed magis pueritiam.

## S C H O L I A .

Apitorum eff.) Marcus Apitius, unus et praeclarus inter proceres gulae, et ut Plinius ait, ad omnem luxum ingenio mirus. Romæ tempore Tiberij uixit, scientiam popinæ professus autore Seneca. Hic, ut legimus in Suida, ἐπὶ ἀσωτίᾳ καὶ πολυπλειάᾳ ικανὸς μυστικὸς ἀργυριου κανάλωσε εἰς τὴν γαστρα. Hoc est, in luxu et in sumptuositate maximam argenti uim absumpsit. A quo Proverbium, Apitias cœnæ. Vide Cœlum Rhodginum Libro quinto, Capitulo trigesimo. Canibus alienis.) Sunt quibus nunquam cœnare foris placeat, nisi et umbram et canem secum abducant, hos Theophrastus impudentes uocat, quo

## DE CIVILITATE.

quo loco impudentiam depingit, οὐ προσκαλέσας  
μην θόρακόλουθον δύναις πότερον τραπέζης  
κρέας οὐδὲ ἀρτον οὐδὲ ἐωθῆρον ἀκούονταρ πάνταρ  
ἐνωχθήτιμε, Id est, ad cœnām vocatus a seclae porri  
gere carnem et panem, quem ē mensa omnibus inspi-  
cietibus tollens, comedē dicit charissime. Latronum  
est ea tuburcimatio. ) Ex Apuleio hoc sumptum uideri  
posset qui libro Metamorphoseon sexto de latro-  
nibus ita narrat. Ecce confessō nescio, quo graui p̄  
lio, latrones adueniunt onusti, prandioq; raptim tubur-  
cimato, ut aiebant, proficiisci gestiunt. Est autem tubur-  
cimare raptim manducare. Teste Nonio.

Inciuile est cogitabundum in mensa accumbere. ) Cicero in Officijs. Tanta uis est et loci et temporis  
ut si quis cum caussam sit acturus, in itinere, aut in am-  
bulatione secum ipse meditetur, aut si quid aliud atten-  
tius cogitet, non reprehendatur. At hoc idem si in  
conuiuio faciat inhumanus uideatur inscitia tempo-  
ris. Transuersim hirquis intueri. ) Vergiliana imita-  
tio in Palæomone. Transuersa tuentibus hirquis.

Mulieres ornat silentium.) Teste Sophole in Aia  
et masticho. γυναιξὶ κόσμορθη σιγὴ φέγει, Id est,  
Muleribus ornatū adfert silentium. Sed magis pue-  
ritiam.) Non enim abs re dictum est ab Euripide.

New δὲ σιγᾶς μᾶλλον καλέρη πρέπει, Id est  
Iuueni tacere plus decet, quam s̄epe loqui.

Quidā respondent priusquam orationem  
finierit

## MORVM PVERILIVM.

finierit qui compellat, ita s̄epe fit, vt aliena re-  
spondens sit risui, detq; veteri locum prouer-  
bio, ἀμαρτίας Docet hoc Rex ille sapien-  
tissimus, stultitiae tribuens respondere prius-  
quam audias, non audit autem qui non intel-  
lexit. Si minus intellexit percontātem paulis-  
per obticescat, donec ille quod dixit sp̄ote re-  
petat. Id si nō facit, sed respōsum vrget, blan-  
de veniam p̄fatus puer, oret vt quod dixe-  
rat dicat denuo. Intellecta percōtatione pau-  
lulū interponat moræ, deinde tum paucis re-  
spondeat, tum iucunde In conuiuio nihil effu-  
tiendum, quod obsuscet hilaritatem. Absen-  
tium famā ibi ledere piaculum est. Nec cui-  
quā illic suus refricandus est dolor. Vitupera-  
re quod appositū est, incivilitati datur, & in-  
gratum est conuiuatorī. Si de tuo p̄ebetur  
conuiuim, vt excusare tenuitatē apparatus  
urbanum, ita laudare aut cōmemorare quan-  
ti singula constiterint, insuaue pfecto condi-  
mentum est accumbentibus. Deniq; si quid à  
quoquā in conuiuio fit rusticius per imperiti-  
am, ciuiliter disimulandum potius quā irri-  
dendū. Decet compotationem libertas. Tur-  
pe est, sub dium, vt ait Flaccus, rapere, si quid  
cui super coenā excidit incogitantius. Quod  
ibi fit diciturue, vino inscribendū, ne audias

## DE CIVILITATE

μισῶ μνάμονα συμπόταρ. Si conuiuum erit  
quam pro puerili etate prolixius, & ad luxum  
tendere videbitur, simul atque senseris naturę  
factum iatis, aut clam, aut venia precatus te  
subducito. Qui puerilem etatem adigunt ad  
inediam, mea quidem sententia insaniūt, ne-  
que multo min⁹ ī qui pueros immodico cibo  
diffarciuut. Nam vt illud debilitat teneri cor  
pusculi viriculas, ita hoc animi vim obruit.  
Moderatio tamen statim est discenda. Citra  
plenam saturitatem reficiendū est puerile cor  
pus, magisque cerebro quam copioe. Quidam  
se satureos nesciunt, nisi dum ita distentus est  
ventriculus, vt in periculū veniant ne dirum-  
patur, aut ne per vomitum reiçiant onus.  
Oderunt liberos qui illos etiam num teneros  
cōenīs in multam noctem productis perpetuo  
sinunt assidere. Ergo si surgendū erit ā pro-  
lixiore conuiuio, quadram tuā cum reliquīs  
tollito, ac salutato qui videtur inter cōuiuas  
honoratissimus, mox & alijs simul, discedito,  
sed mox redditurus, ne videare lusus aut alteri  
us parum honestae rei gratia te subduxisse.  
Reuersus ministrato si quid op⁹ erit, aut reue-  
renter mensē assistito, si quis quid iubeat ex-  
pectans. Si quid apponis aut submoues, vide  
ne cui vestē iure perfundas, Cādelam emun-  
cturus

## MORVM PVERILIVM.

sturus, prius illam ē mensa tollito, quodq; e-  
munctum est, protinus aut harenæ immergi-  
to, aut solea proterito, ne quid ingrati nidoris  
offendat nāres. Si quid porrigitis infundisue,  
læua id facias caueto. Iussus agere gratias, cō-  
pone gestus, paratum te significans donec si-  
lentibus conuiuis dicendi tempus adfuerit.  
Interim vultus ad conuiuio pr̄eſidentem reue-  
renter versus sit & constanter.

## S C H O L I A.

**A**μας ἀπήτημ) Id est, falces petebam, aliis  
forte non intelligens, negabat se habere ligonem, re-  
ſpondens quod nihil ad rem attineret, consule Chilia-  
des. Docet hoc Rex ille sapientissimus.) Proverbio  
rum decimo octauo. Sub diuum, ut ait Flaccus.) Est  
apud Horatium Libro Primo Odarum camine uige-  
simooctauo, in quo Bacchum alloquitur, non uelle ſe  
ſecta eius in uulgum referre.

Non ego te candide Bassareu  
Inuitum quatiam, nec uarijs obſita frondibus  
Sub diuum rapiam.

Bassareus, Bacchus dicitur a uestibus bacchantium  
mulierum in Thracia, quas Βασάρες appellabant,  
reſte Hesychio. Μισῶ μνάμονα συμπότημ.) Id est  
odi memorem compotorem. Dorica dialecto pro μι-  
σῶ μνάμονα συμπότῳ. Solet dici in illis, qui amū-  
turus

E

corum

## DE CIVILITATE

corum dicta liberius inter conuiuandum mox elimi-  
nant, hæc enim non oportet proferre, imo ne omnino  
quidem reminisci. Pindarus uates in Nemeis hymno  
decimo, symposium silentio gaudere cecinit, οὐχὶ ἀπ  
διὰ τὸ μὲν συμπόσιον. Et Stobæus in collecta-  
neis, Titulo de abstinentia & temperantia ex Anti-  
sthene refert, Baccho hoc est, conuiuorum præside-  
ντες & λύθαι, id est, ferulam & obliuiones pro-  
pterea consecratae, tanquam non oportunum mensæ  
delictorū reminisci. Et Pindarus hymno primo Olym-  
piorum. Tantulum tantas pœnas pati autumat, quod  
deorum mysteria inter conuiuandum dicta, euulgau-  
rat. Hoc & docet Galli Epigrammatarij carmen  
quod in imaginem Tantali scriptum est, cuius duos po-  
stremos uersus adscribere non absurdum existimo.  
Πίνε λέγε τὸ τοξεύμα καὶ ὅργια μάνθανε σιγῇς  
Οἶ γλώσσι προπετέες ταῦτα κολαζόμεθα  
Hec pictura monet, legum bibe docte docendi  
Garrulus hac pœna est afficiendus homo.

Moderatio statim discenda est.) Vide Gellium Capit.  
19. Libro 4. Et apud Ciceronem optimum est prece-  
ptum Catonis. Tantum cibi & potionis adhiben-  
dum ut reficiantur uires, non opprimantur. Phocilli-  
des etiam Poeta sanctissimus modum hic probat.  
μέτρα μὴ φαγέειν νοῆται νοῆται μεθολογεῖεν.  
Edere mensura & bibere ac tu fare memento.

De con-

MORVM PVERILIVM.

D E C O N G R E S=

S I B V S.

Si quis occurret in via, vel senio veneranus vel religione reueredus, vel dignitate gravis, vel alioqui dignus honore, meminerit per de via decedere, reuerenter aperire caput, nonnihil etiam flexis poplitibus. Ne vero sic cogitet, quid mihi cum ignoto, quid cū nihil vñquam bene de me merito? Non hic honos tribuit homini, non meritis, sed Deo. Sic Deus iussit per Salomonem, qui iussit asurgere cano. Sic per Paulū qui presbiteris duplicitum honorem præcipit exhibere, in summa, omnibus præstare honorem quibus debetur honos, complectens etiam Ethnicum magistratū, & si Turca quod absit, nobis imperet, peccaturi simus, si honorē Magistrati debitum illi negemus. De parētibus interim nihil dico, quibus secundū Deum primus debetur honos. Nec minor præceptoribus, qui mentes hominum quodāmodo dum formant, generant. Iam & inter equaless illud Pauli locum habere debet, honore inuicem præuenientes. Qui parem aut inferiorem honore præuenit non ideo fit īpe minor, sed ciuilior, & ob id honoratior. Cum maioribus reuerenter loquendum & paucis, cū æqualibus amanter & co-

E 2 miter

## DE CIVILITATE

miter. Inter loquendum pileum lēua teneat',  
dextera leuiter admota vmbilico, aut, qd' de-  
centius habetur, pileum vrraque manu iuncta  
suspensum, pollicibus eminentibus, tegat pu-  
bis locum. Librum aut galerum sub axilla te-  
nere rusticus habetur. Pudor adsit, sed qui de-  
corer, non qui reddet attonitum. Oculi spe-  
ctet eum cui loqueris, sed placidi simplicesq;  
nihil procax improbumue præ se ferentes.  
Oculos in terram deīcere, quod faciunt cato-  
blepē, male conscientiæ suspicionem habet.  
Transuersim tueri, videtur auersantis. Vul-  
tum hoc illuc voluere, leuitatis argumentum  
est. Indecorum est interim uultum in varios  
mutare habitus, vt nūc corrugetur nasus, nūc  
contrahatur frons, nunc attollatur superciliū  
nunc distorqueātur labra, nunc deducatur os,  
nunc prematur, hęc animum arguunt Protei  
similem Indecorum & illud, concusso capite  
factare comam, sine causa tussire, screare quē-  
admodū & manu scabere caput, scalpere au-  
reis, emūgere nasum, demulcere faciem, qd'  
est veluti pudore abstergentis, suffricare occi-  
pitū, humeros adducere, quod in nonnullis  
videmus Italos. Rotato capite negare, aut re-  
ducto acceriere, & ne perlequar oia, gesti-  
bus ac nutibus loqui, vt virū interdum dece-  
at, pue-

## MORVM PVERILIVM.

at, puerum minus decet. Illiberale est iactare  
brachia, gesticulari digitz, vacillare pedibus,  
breuiter non lingua, sed toto corpore loqui,  
quod turturum esse fertur, aut motacillarum  
nec multum abhorrens à picarum moribus.  
Vox sit mollis ac sedata, nō clamosa quod est  
agricolarū, nec tam pressa, vt ad aures eius  
cui loqueris non perueniat. Sermo sit non  
præceps, & mentem præcurrrens, sed lentus &  
explanatus. Hoc etiam naturalem battarismum,  
aut hæsitantiam, si non in totum tollit  
certe magna ex parte mitigat, quū præcipita  
tus sermo multis vitium cōciliat, quod non  
dederat natura. Inter colloquēdum subinde  
titulum honorificum eius quem appellas repe  
tere ciuitatis est. Patris ac matris vocabulo  
nihil honorificantius. nihil dulcius, Fratris so  
rorisue nomine nihil amabilius. Si te fugiūt  
tituli peculiares, oēs eruditī sint tibi præce  
ptores obseruandi, omnes sacerdotes ac mo  
nachi, reuerendi patres, oēs æquales, fratres  
& amici, breuiter omnes ignoti domini, igno  
tē dominę. Ex ore pueri tupiter auditur ius  
lurandum, siue iocus sit, siue res feria. Quid  
enim turpius eo more, quo apud natōes quas  
dam ad tertium quodque verbū deicrant e  
tiam puellę, per panem, per vīnū, per candē

E 3 lam

## DE CIVILITATE

Iam per quid non? Obscenis dictis nec lingua  
uam prebeat ingenuus puer nec aures acco-  
modet. Denique quicquid in honeste nudatur  
oculis hominum, indecenter ingeritur auribus.  
Si res exigat, ut aliquod membrum pudendum  
nominetur, circumitione verecunda rem no-  
tet. Rursus si quid inciderit, quod auditoria  
nauseam ciere possit, veluti si quis narret vo-  
mitum aut latrinam, aut oletum, prefetur ho-  
norem auribus. Si quid refellendum erit, caue  
dicat, haud vera predicas, presertim si loqua-  
tur gradiori natu, sed prefatus pacem, dicat,  
mihi secus narratum est a tali. Puer ingenuus  
cum nemine contentionem suscipiat, ne cum  
equalibus quidem, sed cedat potius victoriā,  
si res ad iurgium veniat, aut ad arbitrum pro-  
uocet. Ne cui se preferat, ne sua iactet, ne cu-  
iusquam institutum reprehēdat, aut ullius na-  
ttonis ingenium more sue fuggillet, ne quid ar-  
cani creditum euulget, ne nouos spargat rumo-  
res, ne cuius obtrectet famę, ne cui pbro det  
vitium natura insitum. Id enim non solum  
cōtumeliosum est & inhumanum, sed etiam  
stultum, veluti si quis luscum appelle luscum,  
aut loripedem, loripedem, aut strabum, stra-  
bum, aut nothum nothum. His rationibus  
est, ut sine inuidia laude inueniat, & amicos  
paret

## M O R V M P V E R I L I V M.

paret. Interpellare loquentem antequam fabulam absoluuerit, inurbanū est. Cum nemine similitatem suscipiat, comitatem exhibeat omnibus, perpaucos tamen ad interiorem familiaritatē recipiat, eosque cum delectu. Ne cui tamē credat quod tacitum velit. Ridiculum enim est ab alio silentij fidem expectare, quam ipse tibi nō p̄stes. Nullus autem est adeo lingue continentis, ut non habeat aliquem, in quem transfundat arcanum. Tuttissimum autem est nihil admittere, cuius te pudeat si proferatur. Alienarū rerum ne fueris curiosus, & si quid forte cōspexeris audieris, fac quod scis nescias. Literas tibi non oblatas limis intueri parum civile est. Si forte p̄sente scrinium suū aperit aliquis, subducito te. Nam inurbanum est inspicere, contrectare aliquid inurbanius. Item si senseris inter aliquos secretius oriri colloquiū, submove te dissimulanter, & in eiusmodi colloquiū ne temet ingeras non accersitus.

## S C H O L I A.

Vel senio uenerandus..) iuxta prescriptum illud  
Gracorum.

Αἴδιοθα πολιορκοτάφους ἔικες δὲ γέρουσι  
Εδέκεινοι γραῦων πάντων Id est.

B 4

THEATRUS

## DE CIVILITATE

Tu canos uenerare senes, cede honoribus atq;  
Sedibus his.

Sic per Paulum.) Prima Timothei quinto. Illud Pau= li locum habere.) Ad Romanos capite duodecimo.

Librum aut galorum sub axilla.) Horatius li= bro Epistolarum primo. Vinnio cuidam negocium dat  
preferendorum suorum librorum ad Augustum, sed  
hoc mandato.

Simul ac peruerteris illuc,

Sic possum seruabis onus, ne forte sub ala

Fasciculum portes librorum, ut rusticus agnū zc.

Quod faciūt Catoblepæ.) De hac bestia ita Pli= nius libro octavo, Capite uigesimoprimo. In Aet= thiopia fons est, nigris, iuxta hunc fera appellatur  
Catoblepas, modica alioquin, ceterisq; membris in= ers, caput tantum prægraue ægre ferens, id deiectum  
semper in terram. Habet autem hoc animal ex ipsa re  
nomen, nam Græcis κάτω deorsum ετ; ad terram uer  
sus significat, Βλέψει uero uidere. Protei simi= lem.) De Proteo lege quartum librum Georgicon  
ετ; quartum ὀδυσσείας Homericæ. Turturum  
esse fertur.) Turtures etiam postica parte loquaces,  
ut testantur collectanea adigiorum Greca, ετ; Eras=  
mus in Chiliadibus. Motacilla auicula notissima  
caudam semper quatiens, σέιοργα ετ; Græcis appel= latur. Battarismum.) Id est, balbutiem ετ; hæsitan= tiām impedimentumq; linguae, απὸ τη̄ βατήσιαν  
quod

## MORVM PVERILIVM.

quod est balbutire, uide Chiliades. Sed cedat potius  
uictoram.) Consultius erit hoc, taceo prudentius, si  
Euripidis credendum est uerbis, quos citat Plutar-  
chus.

Ανοιμ λεγομενοι ματέρου θημουμένου  
Ουκ ἀντίπανων τοις λόγοις σοφώτερος.

Hoc est, Dubibus contendentibus altero irato. qui non  
repugnat uerbis est prudentior. Ne cui tamen cre-  
dat, quod tacitum esse uult.) Nihil enim difficilius ut  
dicere solitus Aristoteles, quam σιωπᾶν ἢ δὲ μὴ λέ-  
γειν, Id est, Tacere, quæ non oportet dicere.

## D E L V S V.

In lusibus liberalibus adsit alacritas, absit  
peruicacia rixarum parens, absit dolus ac mē-  
daciū. Nam ab his rudimētis proficiscitur  
ad maiores iuiurias. Pulchri⁹ vincit qui cedit  
contentioni, quam qui palmam obtinet. Ar-  
bitris ne reclamita. Si cum imperitioribus cer-  
tamen est, possib⁹ semper vincere, nonun-  
quam te vinci patere, quo ludus sit alacrior.  
Si cum inferioribus luditur, ibi te superiorem  
esse nescias. Animī causa ludendum est, non  
lucri gratia. Aiunt puerorum īdolem nus-  
quam magis apparere, quā in lusu, Si cui ad  
dolos, ad mendaciū, ad rixam, ad iram, ad  
violentiam, ad arrogantiā propensius inge-

E s nium

## DE CIVILITATE.

nium, hic emicat naturæ vitiū. Proinde puer ingenuus nō minus in ludo quām in conuiuio sui similis sit.

## SCHOLIA.

In Lusibus liberalibus.) Id est, honestis. A iunt puerorum indolem nusquam magis.) Putat & hoc Quintilianus Libro Primo Capite quarto, Mores quoq; inquit, inter ludendum simplicius se detegunt. Neq; adeo puerorum mentes solum in ludicris perspiciantur, uerum etiam lusos uiros, quales intus sunt, aperit, & tanquam conspicendos præbet, testantur hoc Epigrammate quodam Græci, quod quia ἐπιγραμματικώτατον, Hoc est, lepidissimum est, me mīmīnus & adscriptissimus, quibus autem hæc Græcorum rapsodia stomachum facit, consilio nostro transmittat.

Εζόμην οὐδὲ πᾶς εὐλαύνει τραπέζῃ  
πάγνια κινήσις τρόπνῳ βολοκτυπίᾳς  
μήτε δὲ νικήσας μεγαλίζεω μήτ' ἀπολεφθεὶς

Αχνισω τὸν δλίγινον μεμφόμην θέλιμοι  
Καὶ οὐ πάντα σμικροῖσπονός θέλιμοι  
καὶ κύνος θέλιμοι βένθος ἔχεφροσώνης.

Quæ sic ruditer transcripta sunt.

Nostra placent dum mensa loquax, abacoq; delectat.  
Rem gerere, & iactus ludere multiplices.

Si superas gloriare caue, si uictus abibis,

Non

## M O R V M P V E R I L I V M.

Non doleat, talis nee maledic leuibus,  
Rebus in exiguis animus cognoscitur, omne &  
Ingenium mentis parua tabella notat.

## D E C V B I C V L O.

In cubiculo laudatur silentium & verecunda.  
Certe clamor & garrulitas indecora est,  
multo magis in lecto. Siue cum exuis te, siue  
cum surgis, memor verecundię, caue ne quid  
nudes aliorum oculis, quod mos & natura te-  
ctum esse voluit. Si cum sodali lectum habes  
communē quietus iaceto, neque corporis ia-  
ctatiōe vel teipsum nudes, vel sodali detract  
pallijs sis molestus. Priusquam reclines cor-  
pus in cervical, frontem & pectus signa Cru-  
cis imagine, breui precatiuncula temet Chri-  
sto commendans. Idem facito quum mane  
primū temet erigis, à precatiuncula diem au-  
spicans. Nō enim potes ab omni feliciore.  
Simul ac exoneraueris aluum, ne quid agas,  
nisi prius lota facie, manibusque, & ore prolu-  
to. Quibus contingit bene nasci, his turpe est  
generi suo non respondere moribus. Quos  
fortuna voluit esse plebeios, humiles, aut etiā  
rurestres, his impensis etiā adnitendum est,  
vt quod sors inuidit, morum elegantia pen-  
sent. Nemo sibi parentes aut patriā eligere  
potest

## DE CIVILITATE

potest, at ingenium moresq; sibi quisq; potest fingere. Colophonis vice addam preceptum culā, quæ mihi videtur propemodum primo digna loco. Maxima ciuitatis pars est, quū ipse nusquam delinquas, aliorum delictis facile ignoscere, nec ideo sodalem minus habere charum, si quos habet mores inconditiores. Sunt enim qui morum ruditatem alijs compēsent dotibus. Neque hęc ita pręcipiūtur, qua si sine his nemo bonus esse possit. Quod si sodalis per inscitiam peccet in eo fane, quod alicuius videtur momenti, solum ac blande monere ciuitatis est.

Hoc quicquid est muneris HENRICE fili charissime, vniuerso puerorum sodalitio per te donatum esse volui, quo statim hoc cōgiario simul & commilitonū tuorum animos tibi concilies, & illis liberaliū artium ac morum studia commendes. Praeclaram indolem tuā I E S V benignitas seruare dignetur, semperq; in melius prouehere. Datū apud Friburgum Brisgoiæ, Mensæ Martio. ANNO  
XXX.

Scholia

# DE CIVILITATE

## SCHOLIA.

**At ingenium.**) Hoc est quod dixit Tullius, Ipsi autem quam personam gerere uelimus, à nostra uoluntate proficiscitur.

Colophonis uice addam. Id est, tanquam rem maxime necessariam. Vide Prouerbium, Colophonem ad didit. Maxima ciuitatis pars est.) Non retinentur amici, nisi eorum mores ac errata tolerare sciamus, quare docte sane ut omnia praeceptum est à Græcis, Είλου τρόπους γίνωσκε μισθῆς δὲ μη. Qui senarius ita ψήσις Porphyronis uerius est. Mores amici noueris non oderis. Et Horatius non uult amicum qui non uitia cum uirtutibus aequo libramine examinet. Ideo autem uitijs amicorum debemus ignoscere, ut illi uicissim nostra ferre discant. Vitijs enim nemo sine nascitur. Optimus ille est qui minimis urgeatur. Hoc quicquid est) ἐπίλογος est commentarioli. Hoc congiario simul Congiarium dicebatur quod ab Imperatoribus liberalitatis causa, et ultra solitum stipendum, militibus ab imperatore dabatur, quo sibi eorum animos, tanquam auctorio quodam conciliarent. Herodianus, λαμπρὰς κολὴ μεγαλοφρόνας ἐπιδόσεις vocat, id transpositum splendidas et magnificas additiones sonat. Et huc usq; Scholia nostra in usum puerorum quorundam tumultuarie adiecta protractimus, semper et libentes emendaturi, si quid uarietate iudiciorum desideretur.

F I N I S.

## DE CIVILITATE

Μηκυμοσώνεις ισχὺς ζωάδες ἔργα γόνου ποιο θυγατέρες  
Μονοσοληπτίδες μεγαλώνυμοι ἀγλαόφυλοι  
Θυκτοῖς οἰσκε παρῆπε ποθενόταται τολύμορφοι  
Πάσης πατερίδες ἀρετὴν μηνῶσαι ἀμεμπήροι  
Θρεπτέροι τυχῆς διανοίας ὅρθος οτεροι  
Καὶ νοῦ εὐδιωάστοι καθηγήταιραι ἄνασσαι  
Αἱ πελετὰς θυκτοῖς αὐεδείξατε μουσιπολεύτους  
Κλείω τὸ έυτερπή τε θάλεα τε μελπομένη τε  
Τροφιχοῖς τὸ ἔρατό τε πολύμνια τὸ οὔρανί τε  
Καλλιοπή ἐλὺ μυτρὶ ισχὺ εὐδιωάστη θεᾶς ἀγνῆ  
Ἀλλὰ μολέπτε θεᾶς μύσαστο πολυποίκιλοι ἀγναῖ  
Εἰκλεαμένοις τὸ ἔρατό τού πολύψυμοι ἀγνωστοι

## IN MVSAS ORA PHEI HYMNVS.

Pierides Musæ, celeberrima turba tonantis.  
Mente satæ memori, quarum undiq; nomina clarent  
O suues hominum genijs, uotisq; uocatæ  
Supplicibus, uario præsentes numime, adeste.  
Munera uestra deæ uirtus & gloria uerax  
Quasq; artes agit humanæ uis feruida mentis.  
Vos animi dulces etiam ueneramur alumnas  
Aeternum recti quibus inseuistis amorem  
Vestro animi uegetæ seruantur munere uires,  
Vos operosa Deum primæ solenniæ culta  
Fecistis tacita, sacrorum iussa docentes

Cleio

MORVM PVERILIVM.

Cleioq; Euterpeq; Thaleiaq; Melpomeneq;  
Terpsichoreq; Eratoq; Polymniaq; Vraniq;  
Calliope, & tu magnipotens, castissima mater  
Laudem, uirtutis decus immortale, fauete  
Multiplici uenerando modo pia numina uati.

LIPSIAE.

EXCVDEBAT NICOLAVS  
FABER.